

AMMONII HERMEAE COM-  
mentaria in quinq; Voces PORPHYRII cum  
Græco exemplari recens collata. Locis pluri-  
bus & qui in Veneta æditione perperam lege  
bantur, periodis nōnūnquam totis inuersis suo  
nitori restitutis ac resectis omnibus ijs  
quæ superflua in alijs latinis Co-  
dibus legebantur.

Quibus inseruimus Textum ipsius Porphyrii, ad ve-  
ram lectionem Græcam, nuper recognitum.



PARISIIS, Apud Ioan. Foucherii, sub Scuto Florentiae;  
Via ad diuum Iacobii. 1542.

AC V M P R I V I L E G I O .



# Ammonii

HERMEAE EXPOSITIO, IN  
Quinq; Voces Porphyrij.



OSTQVAM  
propositum nobis  
est, ut de Philoso-  
phie principijs di-  
cere incipiamus, ne  
cessarium quidē ui-  
detur, ut prānosca-  
mus quid sit philo-  
sophia. Oportet n.  
quēq; cuiuslibet in-



stitutionis principia suscepturum, edoceri prius  
quid sit id quod consequi studeat, ita nanque sicut;  
ad audiendum apparitor, & ad prosequendum  
multo diligentior. Verum id quidem nō nisi ex dif-  
initionibus. Qui autem fieri hoc poterit, ut ex dif-  
initionibus rem ullam percipiamus, si quid diffini-  
tio ipsa prius sit non intelligatur. Diffinitio  
igitur est oratio, que eius ipsius quod diffinitur  
naturam brevissime ostendit. Dicta autem est per  
translationem ab agrorum finibus. Nam quem-  
admodum illi proprietates determinant, distin-  
guantque ab alienis nostra, sic & definitiones, Trapezun  
tius i initio  
diffinitioes  
terminosuo  
cat.

A ij

## AMMONIVS

rem ipsam complectuntur, atque ab aliarum cōtrafinio disiunctam esse faciat. De philosophiae igitur diffinitione à nobis hoc loco dicendum; etc. nam si quum pueri grammaticæ institutionibus traditi sumus, ab eius diffinitione cōspicimus hoc modo. Grammatica est peritia earum rerum quæ à poëtis atque historicis conscribuntur. Itemque si quum ad oratoriam accessimus ex diffinitione eam esse didicimus uim artificiosam probabilis orationis in causis ciuilibus, cuius finis benedicere. Quanto id magis facere debebimus nunc in philosophia, unde omnium, & artium, & scientiarum diffinitiones suscipiuntur.

Quid subiectum quid ue finis.



M N I S quidem sciētia & ars subiectum habet ac finem. Subiectum est id circa quod uersatur. Finis uero id ad quod respicitur, & cuius gratia cetera fiunt. Exempli causa Medicina sa. Medicus medicinæ scientie subiectum habet corpora humana, quia circa ea tantum uersatur, finem uero sanare, quia ad id solum respicit. Simili diffinitiones ter quoque & faber tectonicae sue artis subiectum ex quib. fiat habet ligna, finem uero abacum facere. Quapropter Aristoteles lib. pter diffinitiones omnes uel ex subiecto suscipiētur; ij. poste. uel ex fine, uel ab utroque simul. Ex subiecto, ut quum dicimus, medicinam esse artem quæ circa humana corpora uersatur. Ex fine ut cū dixerimus; ea esse sanitatis effectuam. Ex utroque autem sis

IN PORPHYRIVM.

mul sic. Medicina est ars, que circa humana corpo  
ra uersatur, sanitatis effectua. Simili modo & A= Astrono-  
stronomia subiectum habet cœlestia corpora. finē miae subica-  
tio  
uero cognoscere motus astrorum. Quæramus ergo etum.  
quid subiectuiatur, et qui sit finis philosophie, atq;  
ita facile eius ipsius diffinitionem assignabimus.

Sciendum est autem quod quum cæteræ omnes sciæ Finis philo-  
tix atque artes circa particularia quedam exis sophie est  
stant, ut tectonicæ fabrilis circa ligna solum. Medi cognosce a-  
cina circa solū humana corpora. Astronomia circa re nō face  
solum cœlestia. Sola philosophia circa res omnes re.  
uersatur, cuius quidem finis cognoscere, non autem  
facere. Suscipiuntur itaque philosophie diffinitiones multæ. Multi enim multis modis eam diffiniue-  
runt, ac ne importunam in præsentia nonnullorum  
detestetur ambitionem, qui per multas ac propè  
infinitas unius alicuius rei diffinitiones percur-  
rendo euagari latè solent, dum multa intelligen-  
do nihil intelligunt. Sufficiet nobis quinque uel pau-  
lo plures philosophie diffinitiones adducere. Due  
quidem erunt ex subiecto. Totidem ex fine. Una Prima phi-  
rursus per excellentiā. Altera ex uero nominis, quam losophie  
etymologiam accepto uocabulo, siue ueriloqui- diffinitio.  
um uocant. Sit autem prima philosophie dif-  
finitio hæc. Philosophia est cognitione rerum utiles  
sunt, hoc est quatenus earum cœsentia consideratur.  
Non enim Philosopho propositum est, omnes qui  
in mundo sunt homines scire ad unum debere, sed  
hominis tantum quæ sit natura. Naturas quidem

A iii

Diffō phi-  
losophie à  
Platone  
tradita.

**Alcinous** atque existentias duntaxat rerum Philosophus co-  
 platonicus templatur. **Plato** autem ipse philosophiam dif-  
 finiuit sic . Philosophia est diuinarum & humana-  
 rum rerum cognitio: sed certe manifestum est, can-  
 dem esse hāc cū superiori diffinitiōe, ac nihil inter-  
 se differre nisi cognito, ac minus cognito , hoc est  
 his rebus, quae à nobis cerni tangiue possunt, ut Cia-  
 ceronis uerbis utar, & his quae nec cerni, nec tangi  
 possunt solo tamen animo atq; intellectu concipiun-  
 tur. Diuidens n. Plato res, quae sempiternae essent di-  
 xit diuinas, que generationē uero corruptionemq;  
 paterentur, uocauit humanas. Vtraq; igitur diffi-  
 nitio tradita est ex subiecto, atq; inter se (ut dictū  
 est) non differunt, nisi cognito ac minus cognito.  
 Ex fine aut̄ hoc modo , Phīa est dei similitudo quo-  
 ad eius fieri ab hoīe poterit, quemadmodum & Pla-  
 to diffiniuit in Theateto. Nam quum duplicē deus  
 habeat actionē, notionis alteram, qua cuncta cognoscit,  
 uti est apud Poetas. Deus deus oīa nouit. Altera  
 ram prouidētia, qua mūdū & quae in mūdo sunt in-  
 feriora hāc ipsa regit atq; administrat, quod poe-  
 tae significant, dīj dátore bonorū. Vtraq; sese Phi-  
 losophus deo q̄ simillimū efficiet. Erit n. & rerum  
 cognitor, quando oīa in suam contemplationē ad-  
 duxerit. Et procurator rectorq; inferiorū, quando  
 ciuilis, is quem τωλητικόν Græci uocant leges co-  
 stituerit, quibus quae bona sunt permittantur , que  
 mala prohibeantur . Iure igitur dictum est Phīam  
 esse dei similitudinem, illud autem (quo adeius si

eri ab homine poterit. pulchrè adiectum est dif  
 finitioni. Quippe ut præclare est apud Homerum.  
 Haud simile humanis genus immortale deorū. Quo  
 runcumq; enim sunt diuersæ substantiae diuersi eo  
 runderem sunt & fines, quod ipsum in cæteris quoq;  
 animalibus manifestum, in homine, uidelicet atque  
 equo, quorum quia differentes substantiæ, differen  
 tes sunt & fines. Hominis quidem finis est cum ra  
 tione ac prudentia uiuere. equi uero uelociter cur  
 rere, bellisq; idoneum esse: quinimo in his que ratio  
 ne carent, brutis animalibus nunquam differre ui  
 deremus fines, nisi & substantias. Alius quidem in  
 cane finis, aliis in bove, aliis in equo, quod si in  
 his, quanto id erit magis in homine ac deo, quorum  
 tam diuersissimæ substantiæ. Pulchre igitur adie  
 ctum definitioni illud, quo ad eius fieri ab homine  
 poterit. Erit ergo philosophia, quatenus homini  
 licebit. Diuina cognitionis ac prouidentiæ similia  
 tudo. Quam uero ob causam Philosophus duxer  
 it ita diffiniendam philosophiam deinceps uidea  
 mus. Postquam, ut dictum est, duplices sunt dei aca  
 tiones. Cognitiæ alteræ, alteræ actiæ, toti  
 dem quoque erunt ex eius imitatione, & nostra  
 rum animarum, Contemplatiæ, ac Practicæ,  
 quibus suam quam exerceat Philosophus animam,  
 dum uel rerum omnium naturam quo modo se ha  
 beat perscrutatur, uel passiuas animæ potentias,  
 cum diuinarum rerum contemplatione coniu  
 gens est supra hominem attollitur.

Alias lux  
ta homini  
poße.

AMMONIUS

Iure quidē Plato, dei similitudinem eſe ph̄iam dif-  
finiuit. Eſt autē & alia ph̄iae diffinitio ex fine ſic.  
Philosophia eſt mortis meditatio. Sed age uidea-  
mus quem admodū ſint Philosophi de morte medita-  
turi, quoue pacto eam ipsam mortis meditationē in-  
telligi à nobis oporteat. Ne quid ſimile fortaffe ac-  
cidat, quod olim aduleſcenti Cleombroto, iſ. n. quī  
Platonico ph̄edoni ſtudioſe operam dedit, dedi-  
ſetq; oportere Philosophum mortē meditari, altiſ-  
ſimo ſe ſtatiſ muro p̄cipitem dedit. In quē ta-  
le fertur Epigramma.

Vita Vale, muro p̄ceps delapsus ab alto  
Dixisti moriens Ambraciota puer,  
Nullum in morte malū credēs, ſed ſcripta Platonis  
Non ita erant animo percipienda tuo.

¶ Ex ignorātia igiurit id ita accidit adoleſcen-  
tulo. Cōſiderādū ei ſiqdē fuerat, quē admodū ea ip-  
ſa mortis meditatio intelligēda eſet, quī p̄reſera-  
tim ipſe nos Plato apertissimē admonecat, non debe-  
re ſibi ipſi hoīem manus inſerre, in ſecunda quidē  
pagina hiſ verbiſ. Ille igitur qui in arcanis haberi  
de hiſce rebus ſolet ſermo. Homines ueluti in qua-  
dam custodia eſe, neq; eam refugere, neq; inde ſe ab-  
ducere oportere, magnus quidam mihi certē appa-  
ret, neq; ſat cognitu facilis. Phas autem ideo non  
eſt quenquam ſibi mortem conſciscere, quia quēma-  
admodum qui publica in custodia reus tenetur, ſi  
quo modo carceribus effractis effugere tentarit,  
omnes quantā ſunt leges in ſe cōvertet. Ita & qui-

Verba Pla-  
tonis.

corporis uinculum diuina prouidentia colligatum  
 soluere festinarit, omnem sui opificis iram in se dia-  
 gnissimè cōcitabit, Hæc ita sanè sint. Quomodo au-  
 tem mortis meditationem phiam esse dicemus? Scie-  
 dum quod cum homo ex anima & corpore compo-  
 natur, uti cōpositio eius duplex, ita & solutio du-  
 ples. Nam quum quoddam sit naturale uinculum,  
 per quod anime corpus coniungitur, uitam ab ea  
 capiens, quoddam uoluntarium per quod anima in-  
 heret corpori, obediens, seruiens, ab eo dominata:  
 Duplex quoq; erit & solutio. Altera corporis ab  
 anima, altera anime à corpore. Et mors item du-  
 ples. Altera quidem naturalis, qua cuncti homines  
 moriuntur, quan corpus disseparatur ab anima.  
 Altera uero uoluntaria, Quum uidelicet, Philoso-  
 phi animam à corpore contemplando disiungunt.  
 Dicuntur igitur debere mortem meditari, id est se-  
 parando animam à corporeis rebus, diuinæ tantu-  
 modo contemplationi intentos esse oportere. Scien-  
 dum autem nō omnino quum corpus separatur ab  
 anima, & anima separari à corpore. Ita nanque  
 corporum amatrices sunt anime, ut post mortem,  
 adhuc tamen eodem amore teneantur. Atq; ob eam  
 causam fieri autumant, que circa mortuorum tu-  
 mulos uideri solent, umbrarum apparitiones. Veri-  
 neque quum anima separatur à corpore, corpus  
 omnino separabitur ab anima. Philosophi enim eti-  
 per nimiam contemplationem uelamentius sese à  
 corporibus auocent, uiuunt tamen, nec prorsus cō-

Duplex cō  
positio aīe  
cum corpo  
re.

Duplex so-  
lutio aīe à  
corpore

Duplex  
mors.

AMMONIUS

moriuntur. Erit ergo philosophia (ut superius dictum est) mortis meditatio, hoc est meditatio se paratiōis animae à corpore. Quærere autem haud Dubitatio. indignē quispiam poterit hoc loco. Si philosophie finis est omnium rerum cognitio. Cur ergo diffinitionem illam, Philosophia est cognitio rerū uti res sunt; & rursus illam, Philosophia est diuinarum humanarumque rerum cognitio, ex subiecto dixerimus esse, non autem ex fine: quemadmodū enim medicinae scientiam dum circa humana corpora uersatur, ex subiecto, dum uero sanitatis est effectua; ex fine diffiniri diximus. Sic & in philosophia; fuerat dicendum, cuius si finis est rerum cognitio. omnes quidem superius traditas diffinitiones ex fine, non autem ex subiecto esse dici oportebat. Sciendum quod quum philosophiae tantum duæ sint (ut dictum est) partes. Altera quidem contemplativa, altera activa. Duo quoque erunt eius fines, quando enim dicimus, philosophiam mortis esse meditationem, ex actuo eam fine diffinimus, quando autem rerum uti res sunt esse cognitionem ex contemplatione. At uero quum dixerimus esse eam dei similitudinem quo ad eius fieri ab homine poterit, ex ambobus. Medicinae autem scientia, quoniam mixta est, quando ex contemplatione specie diffinitur circa humana corpora uersari dicimus, & non irrationabiliter, ex subiecto talem esse diffinitionem affirmabimus. quando autem ex eo cuius gratia sit contemplatio, sanitatis.

Solutio:

Philosophae duæ partes.

## IN PORPHYRIVM.

dicitur effectiva, atq; ex fine traditā diffinitionē  
confitebimur. philosophia uero quum solā cōtem-  
platiū spēm habeat, propter id.n. solū sit ut res  
cognoscatur, nō qdē ex subiecto aliā, aliā ex fine  
fuscipt diffinitionem. Cognitio enim omnis certā  
alicuius rei est cognitio. Et quoniā cognitio & cer-  
te alicuius rei cognitio simul una & intelligūtur  
& cōpræhenduntur, siue ex subiecto eā diffinitione  
nem esse quis dixerit, siue ex fine non aberrabit, re  
ctius autem si ex ambobus. Sed agē ad aliarum dia-  
stinctionem, eius, uidelicet quæ dicit esse dei similitu-  
dinem, & eius quæ mortis uoluit esse meditationē.  
ex subiecto reliquas diffinitiones nuncupabimus.  
Est item & alia philosophiæ diffinition Aristotelici-  
æ per excellētiā hoc modo. Philosophia ē ars arti-  
tū & sciētia sciētiarū, intelligebat nimirū Aristo-  
teles earū omnīū cognitionē ad ipsam philosophiā  
referri quodāmō poſe sic. Cognitionū alię quidē  
cohārēt artibus, alio uero sciētijs. Artes aut & sci-  
entiae oēs nihil iterse differūt sermocinatioē, quæ ī  
ōibus sp̄ est eadē ac nūq̄ īmutatur, sed materia. Enī  
uero sciē circa ea uer santur, quæ sp̄ eodem mō se-  
se habent, ut astronomia, geometria, & arithmeti-  
ca. Artes uero circa ea quæ potissimū & uariari  
& trāsmutari solēt, ut sarcinatoria, fabrilis, suto-  
ria, & ceterae oēs cērdonice, ac geometriæ qdē ser-  
mocinatioēs īmutabiles sic. In ōi circulo à centro ad  
circūferentiā interualla ēqualiter distare, id enim  
qdē modo semper erit, ac nūquam aliter habebit.

Medicinae uero artis diuersæ, ut quum dicitur. Cōtraria contrarijs sanantur, propterea quod nō ar ea idem semper existit, primum quidem quia non omnes morbi mederi possunt, quid enim si pernitio sa foret pestis, num medicorum quisquam curatus accederet? Deinde quia non semper contraria morbis adhibetur, sed sēpe etiam similia, plerunque enī frigidus humor infusus his qui nuper morbo conualuerunt, debilitatum iam ac penē discessum febris ardorem reuocauit. Omnibus quidem Geometriæ scientijs & artibus philosophia principium dedit; qd à philo generalesque sermocinationes. Philosophorum enī est generaliter res omnes inuestigare. Ac geometriæ quidem sermocinationes à philosophia sumpatæ. Suscipit enim geometer punctum individuum; ac magnitudinem diuidit in infinitum. Hisque suis principijs utitur in demonstrando. At uero Philosophus ea ipsa demonstrabit sic. Omne terminans terminato minus est una dimensione. Corpus enī tripli citer in longitudinem, latitudinem, ac profunditatem diuisum, terminatur à superficie. Superficies in longitudinem ac latitudinem solum, terminatur à linea. Linea in solā longitudinē terminatur à punto. Punctus uero individus nullam amplius habebit dimensionem. Omne igitur quod aliud terminat minus est quam terminatum una dimensione. Quod autem & omnis magnitudo in infinitum usque secari possit, Demonstrabit Philosophus sic. Sectio omnis fit per puncta. Puncta autem neq; per-

ficiunt neque componunt corpus. Corpus igitur p  
uncta diuisum. Postquam nihil preter magnitudi-  
nem quantitatis per sectionem à corporibus amo-  
uetur. Tres habebit dimensiones. Constat igitur ni-  
hil obstat; quo minus corpora in infinitum usque  
secari possint. Neque uero si ob innatam nobis im-  
cilitatem, uideatur id omnino fieri non posse mi-  
nus tamen id ipsum sic erit. Medicina quoque ipsa  
plurimum debet philosophiae. Nam quum didicissem  
à philosophis medici quatuor prorsus esse in omni ab eadem  
generatione corpororum elementa, neque plura, neq;  
sumit.  
pauciora. Continuo intellexerunt totidem ingenera-  
ri humores, atque ab illis hos proportionabiliter de-  
riuari. Rhetoricen quoque sic circa à philosophia  
depēdere dicemus. Quoniam pro inductione ac ra-  
tiocinatione quibus potissimum dialectici utuntur.  
Exemplum ab oratoribus sumptum est & enthyme-  
ma. Quemadmodum enim ratiocinatio que & ac-  
cepto uocabulo syllogismus dicitur uera est, quum  
afferat ex se necessitatem. Ita & enthymema quoq;  
uerum affert. Syllogismus autem est sermo in quo  
positis quibusdam, aliud quid, quam quæ posita  
sunt necessario accedit eueniare, hoc modo. Quod  
ex seipso per se mouetur, immortale. Anima ex se  
mouetur anima igitur immortalis. Enthymema ue-  
ro est quod una tantum propositione superatur à  
syllogismo, sic. Si anima ex seipso mouetur, quis ē  
qui eam confitebitur esse mortalem? Item si quod  
cuncti expetunt, id demum est bonum, cur tu pecus

Quid sylo  
gismusuel  
rōcinatio.  
lib.i. prio:  
cap.i.

AMMONIVS

niā habere, iudicas cē malū. Simili etiā mō correspō  
debit inductiō exēplū. Nam sicuti inductio pbatio  
nis decētē quandā pbationis rationē habet, nō sem  
per tamen uerā, ita & exēplū. Inductio autē ē ser-  
mo, qui uel à particularibus ad uniuersalia fidem  
facit hoc pacto. Rhetorica & legū sanctiō & tas-  
lis ac talis cū artes existant, uitæ sunt utiles. Medicī  
na igitur cū ipsa quoq; sit ars ē utilis uitæ. Exēplū  
autem à particularibus ad particularia fidem ar-  
rogat atq; inde argumenta desumit. De topicis.n.  
Aristoteles in logica differuit ac deniq; rhetoricas  
artes pertractauit. patet igitur rhetorican à phi-  
losophia sumpsisse principium, etenime Arist. plu-  
res de ea libros conscripsit. præterea orator iusto  
utili & bono utitur, quāquam nesciat quando aut  
ubi reperiātur, sunt enim qui putent iustum consi-  
stere in utili, & contrā qui utile dicant inesse iusto.  
Sunt & qui ea disiungant contrariaq; eſe faciant,

**Gramatica** que non nisi à Philosophis definiri possunt. Grama-  
matica quoque ad philosophiam refertur. Nam  
quia circa tonos & tempora uersatur. Pertinebit  
ad musicen, musicē autē ut paulopost dicetur, pars  
est philosophiae, sed iā non mō rōales scīæ, uerum  
etiā hæ que mechanice uocātur artes, oēs quidem  
subjiciūtur philosophiae. Architectus enī quū per pē-  
diculo utatur ad discernēdū sit necne rectus paria-  
es, cognoscit quod sit perpēdiculū, neq; quicquam  
aliud. Philosophus uero eius rei causam reddēs dē-  
bet. Oia grauia suapte natura ad centrū tendere;

Ad rectangulos undecunq; lapsu deferri . Rectangu  
los autem nunquam aliquo declinare. Simili etiam mo  
et faber ad lignorum rectitudinē rubrica utitur;  
sed quae sit rectitudinis natura pr̄sus ignorat. Geo  
meter uero philosophiae addictus, dicet, rectitudi  
nē cā esse, quæ ex equalibus iter se sit signis consti  
tutiva. Possemus autē scientias et artes quæ à phi  
losophia deductæ fuerint, quāplurimas inuenire;  
sed hæc satis. Postremo autem ex uis nostris diffiniens  
tur philosophia sic. Philosophia est ut Cicero inter  
prætatur sapientie studium. Cepit aut̄ hæc philoso  
phiae appellatio à Pythagora. Quidē primus su  
periorū tēporū castigauit errores. Nā quū ante eū  
oēssapientē noīarent, quicūque artem aliquā recte  
pertractaret. Quorum numero fuit Archilocus cū  
dixit, Et gubernator sophos, sophos poeta. Vir sci  
entissimus, ac deo plenus, quum intelligeret so  
lum illum uocari debere sapientem, qui summā et  
sapientiā et perpetuam rerum oīum cognitionem  
haberet. Nō se Sophon sapientē, sed philosophon. i.  
sapientiae studiosum appellari uoluit. Quum autē  
perspexisset, alios de Grammatica, de Rhetorica  
alios, Alios de naturalibus rebus questionem habe  
re. grammaticos, rhetoras, physicos, proprijs no  
minibus appellandos eſe censuit. Eos uero qui diui  
narum rerum contēplatione aim exercerent, Phi  
losophos. Ipsiūq; corum studium philosophiā idest  
diuine sapientiæ amorem. Sunt autem et aliae phy  
losophiæ diffinitiones, sed et hæ sufficiunt.

Diffinitio  
phythagor  
æ de phy  
losophia  
Modestia  
pythagor  
æ.

Phythago  
ras primus  
Philoso  
phus eu  
cauit.



VONIAM uero in oībus rebus  
quæri solet, in quot partes diuidā-  
tur necessarium quidem est, ut et  
nos hoc loco de ipsius philosophiæ  
diuisione dicamus, ac primum quid  
sit diuisio, quid supradiuisio, ac subdiuisio. Diui-  
sio principaliter quidem est integræ rei incisio. Su-  
pradiuisio diuisæ rei sectio. uerbi gratia. diuidatur  
āia in rationabile et nō rationabile, idest diuisio.  
Rursus in supereeleste ac terrenū, Mortale et im-  
mortale, supradiuisio. Subdiuisio autem est diuisæ  
rei specierū partitio. Spes uero eas nūc itelligimus  
quæ sunt subalternae, hoc modo. Supcelestium aliud  
est fixum, aliud uero uagum atque errans, hic nūc  
supceleste species animalis, subdiuisum. Diuiditur  
autem philosophia diuisione suprema, ut nonnulli  
uoluerunt, in duas, ut pleriq; in trēs partes, in con-  
templatiuam, actiuam, et rationalem. Quæ res an-  
sic se habeat uideamus, Quandoquidem omnia res  
rum oīum p̄cipia sunt à diuinis, et ut ait ille, ab  
Ioue oīa Iouis indigemus omnes. Merito quidē theo-  
logicum genus primū. Posterius uero naturale, quā  
quā qua ad nos qui cognoscere non possumus que  
sunt i intellectu, nisi præcognoverimus que sunt in  
sensu. Hoc qdē prius, illud aut̄ posterius. Mediū ue-  
ro sibi ordimē uēdiciuit mathematicū, à Platonicis  
icarco ut risidētes in āia ideas fideliter continere-  
mus, recordaremurq; que à nobis semel eſent pre-  
cepta, mathematicis demonstrationibus utentes.

Quemad-

Quemadmodum in Menone facit Socrates, ab Aristote  
licis uero siccirco, ut assuecerimus à corpore a substantia  
trāsire ad incorpoream, quæ quum sit prorsus ab o-  
culorū sensu remota, uim quādam maiorem habet, quā  
quæ cernitur. Linea quidem hæc, quæ est in hac subiecta  
materia ligni, æris, aut cæræ, nūquam ueluti materia ip-  
sa lignum, &c, cæræ uero à nobis perfecte intelligetur. Nisi  
cum in animum adduxerimus, illic enim altius eam con-  
templabimur, ut quæ semoueatur à materia. Quod au-  
tem omnis figura in materie substantiam nō transeat,  
uel ex hoc manifestum. Licet enim triangulus in hac cæ-  
ra statim transmutetur, dimoto uno aliquo latere, non si-  
mul quidem transmutabitur & cera. Transmutabatur  
autem. Si amborum substantia fuissest communis utriq.  
Sed postquam nōnulli, ut dictum est, duas partes fe-  
cerūt philosophiæ, contemplatiuam & actiuam. Non alie-  
num hoc loco erit, iuvestigare, quam ob causam, duas so-  
lum illas, neq; plures, neque pauciores. Ac pauciores qui  
dem fieri nullo modo potuit, unum siquidem i unum nō  
diuiditur. Quare autem nō plures, sed illas solum duas.  
Duae sunt causæ. Prima hæc, quum philosophia, ut dictū  
ē, dei sit similitudo, ac deus duplice habeat actionē. No-  
tionis alteram, qua cuncta cognoscit. Alteram prouidē-  
tiæ, qua iſeriora gubernat. Iure quidem merito philoso-  
phia diuisa est in contemplatiuam & actiuam. Per con-  
templatiuam enim res ipsas intelligimus. Per actiuam ue-  
ro disponimus inferiorem. Sicque deo per quam similes  
efficiuntur. Altera est hæc, nostrarū animarum duplices  
sunt actioes. Alteræ intellectiue, ut mens, ratio, sensus,

tusac Ray  
mūd. & Al  
ber. sed de  
cipiunt cū  
mathe. nō  
sit media,  
nisi popus  
intellec. vt  
ipsem et in  
fra fatetur  
ibi, possu-  
mustī nos  
ligneū &  
neūac lapi  
deū circu-  
lū triangū  
lūve aspi-  
cientes. Et  
sic subiecta  
nullo pa-  
cto naturæ  
sua ē medi-  
um, vt q  
plures cre-  
dunt inter  
quos ē am-  
mon. iter  
pres. huius  
opinionis  
est Ari. vi.  
ethi.ca. ix.  
q puer p  
effici ma-  
thematic.  
prudēs vel  
fapiens mi-  
nime.

Debile me diū, cū deus ipse suā cēntiā itel ligēdo itel ligit intui ue, non ab stractiue, a liter vile saceret.

opinio, & phantasia. Alteræ uero uitales siue appetiti ue, ut uolūtas, electio, animus, & concupiscentia. Quunc; per cōtemplationē perficiatur in nobis uirtus intellectua, p actionē uero uitalis atq; appetitiua, rationabiliter quidem erunt philosophiae partes due, cōtemplatiua & actiua. Sed quū contēplatiū ipsam diuiserint in theologicū, mathematicum, & naturale, id quoq; quare ita factum sit per noscamus. Rerū omniū tres sunt ordines. Aliæ enim penitus à materia separantur, ut sunt diuina. Aliæ non separantur ut sunt naturalia, eaq; species quæ sine materia non possunt intelligi, ut lignum, ossa, caro, & eiusmodi, quæcunq; à natura iterum atq; iterū procreatū corpora. Aliæ uero sunt intermedia, quæ & separari & nō separari possunt ut sunt mathematica, circulus quidē triāgulus & eiusmodi per se se cōsistere sine materia haud quaquā posūt. Possumus tamē nos ligneū & enēū ac lapideū circulum triangulūne aspicientes, eorū speciem mente nostra uoluntate, ac seorsum à materia cōcipere. ueluti cera, quæ cum imprimitur à sigillo, non materiam trahit, sed formam. Dicenturque qua per se non consistunt à materia non separari, qua uero ad nostram cogitationem qua quiduis imaginari possumus, separari. Quum itaque rerum omnium aliæ penitus ab intelligentia materiæ separantur, aliæ non separantur; aliæ tanquā intermedia & separantur & nō separētur. haud quidem irrationaliter, contemplatiua species diuisa est in theologicum, naturale, & mathematicū, quæ separantur enim subiiciuntur theoglico: quæ minime, naturali. quæ uero intermedia separātur & nō separā

Phīa i spe culatiuam & practic. hæc quoq; Sipli. phy sico. i. in p hemio, vi de The. ibi & si illud phæ. sit Si plic. vide Alci. plato nicū in lib de doc. plato. c. i. n. iñ Diuina na turalis ma thematicā

Cōparatio qua quis considerat abstractio ne mathe.

tur mathematico. Quod autem species rerum corporearum à materia separari non possint. & quod mathematica separantur, patet id quidē ex diffinitionibus ipsis: In diffinitōe nang; circuli nulla materia suscipietur sic, Circulus est figura plana, quam una linea circūscribit, in quo omnes que ducuntur à centro ad circūferentiā rectilineæ sunt inter se coæquals. At uero quum dominus diffinietur, diffiniri sine materia nullo quidem poteſto poterit, sic. Domus est ædificum quod à cœli nos iniuria defendit, ex cemento lignisq; constructum. Nisi enim materia aliqua præcesserit, nullum unquā ædificium intelligemus. Ac iure quidem medium est mathematicum, quoniam cum minime cuiquā liceat, continuo à naturalibus ad diuina transire, proficiisci ab his que nulla tenus à materia secluduntur ad seclusa, nunquā poterimus nisi per mathematica Mathematica. n. iccirco dīcta quod oporteat qui eas disciplinas perdidicerit, intel ligere se mox ad diuina trāsitū sine sanguine facturos, Etenim & diuinus Plotinus, ex principe quidem Platone in .7. de republica libro, pagina secunda sic inquit. Tradendæ sunt adolescentibus mathematicæ, uti assuecant incorpoream naturam, nam si à naturalibus rebus continuo ad theologiam deducantur, occidimus. Ut enim ex tenebris carceribus in splendidissimam lucem exituri, in ea domo assuetare se prius solēt, quæ mediocre lumen admittit. Sic & adolescenti post naturalia, antequā ad theologiā ducantur, mathematicis disciplinis exercitandi erunt, sunt enim ad illam hæ tanq; gradus, quæ qua non semouentur à materia, iunguntur

Ex Aristó.  
lib. n. Phy.

Decipit cū  
nec ordine  
doctri. nec  
naturæ, sic  
pceder de  
beamus. di  
co duplē  
ordi. tātū  
fore essen  
tialē: quo  
ad nos, &  
ordo doc  
nūcupatur  
& quo ad  
naturā, &  
ordo per

b ij

## AMMONIUS

fectiōis di  
 citur. p̄io  
 ordine do  
 ctrię a ma  
 the. secđo  
 a scia natu  
 rali incipe  
 debemus. iñ.  
 a meta. Et iō post  
 physi. siue  
 post rerū  
 natu. tradi  
 tionem di  
 cīt. vt The  
 m. phyl. i.  
 & quia in  
 ter mathe.  
 & phīam  
 natu. & di  
 uinā nōest  
 ordo eēn.  
 tia. sed ad  
 bñ eē, ecō  
 uerso vero  
 ordīs natu  
 ræ, hęc Ari  
 sto. vi. me  
 taphi. iñ.  
 diuissiō ma  
 thematicā  
 Arithmet.  
 Quid mu  
 sica.  
 Opera mu  
 sicalianos  
 etat. digna.

naturalibus, qua uero segregantur, diuinis. Dicen  
 dum mihi nunc esset, in quot partes distinguantur theo  
 logicum & naturale. Sed quum prolixiores sint minime  
 que ad productionē necessariæ, præteribimus. Ac de ma  
 thematico tantum dicamus. Mathematicum diuiditur in  
 partes quatuor: in Arithmeticam, Musicen, Geometriā,  
 & Astronomiam, arithmeticā numerum considerat, nō  
 illum qui dicitur apud idiotas. Sed speciem ipsam nume  
 rorum diuinam, ut quum queritur quam rationem ha  
 beat, senarius ad ternarium, aut nouenarius ad senariū,  
 nonne duplarem ille, hic triplarem, siue græce ομοιον  
 Est autem Hemiolius qui ad quēm refertur minorem nu  
 merum continet, ac eius dimidium, ut sex ad quatuor;  
 nouem ad sex. cōsiderat item qui à quibus nascantur, qui  
 sint integri, qui abundant, qui pares separati habeant  
 tur, cuius generis ea esse poterunt, quæ Parmenides, quæ  
 ue tum alibi, tum in Phedone querit Socrates. Musice  
 uero, nihil quidem aliud considerat, quam chordarum,  
 uocumque concentus, non quod Plato reiicit, ad uolupta  
 tem afferendam, sed tum ad mouendos, tum ad leniendos  
 animorum nostrorum affectus. Quod quidem declarant  
 adhuc, delapse iam è manibus uix seruata uestigia, audi  
 entes enim tubam excitamus animo statim uehementius,  
 audaciōresq; reddimur, propter quod in prælijs semper  
 exerceri solita. Audientes uero theatram melodiam,  
 fracto animo & quasi soluto deficimus: scitum quidem  
 est illud. Fertur Pythagoras quum forte animaduer  
 sit ad adolescentulum quedam Tibiarum suavitate effra  
 ctum, ac quocunq; tibias in sequentem, iussisse tibicini so

nam immutaret: statimq; ubi id factum est, cessauisse in  
puero affectionem. Quapropter omnia quidam creden-  
da, quæcunq; de diuinissima musica dicuntur. Atque ob  
id diuinus Plato iuuenes hortatur per Musicam & gym-  
nasticam iter faciant, ut per musicam quidem excolant  
animum, corpus uero per exercitationem. Geometria  
uero considerat magnitudines ac figuræ. Astronomia au-  
tem motus astrorum, sic enim nūc placet εποχæ, inter  
pretari. Sed age quæobrem in quatuor diuisum sit ma-  
thematicum, neque in plura, neque in pauciora. Deinceps  
uideamus. Mathematicum circa quantitatem uersari ma-  
nifestum. Quantitas autem alia continua, alia uero discre-  
ta. Continua quantitas dividitur in quantitatem quæ mo-  
uetur, & quæ nō mouetur: qua mouetur alia semper, &  
lia non semper: quantitas uero discreta in quantitatem  
quæ est per se, & quæ est ad aliud. Quantitas continua  
quæ non mouetur est terra, circa quam uersatur geome-  
tria. Eritque geometria cognitio quantitatis continuae,  
quæ non mouetur, quantitas continua quæ mouetur, est  
caelum circa quod uersatur astronomia. Eritque astrono-  
mia cognitio quantitatis continuae, quæ semper mouetur;  
continuum autem, id est cuius partes in diffinitione con-  
ueniunt cum toto, quantitas autem discreta per se est nu-  
merus quando eum integer ne an abundans, par an ipar-  
sit confederauerimus, neque quicquam aliud quod extrin-  
secus adueniat. Pertineret enim id ad musicen. Arithme-  
tica igitur est cognitio quantitatis per se discrete. Quæ  
titas discreta ad aliud, est habitus tonorum inter se qui  
maxime per numeros discernuntur, circa quos uersatur.

Id est, gra-  
dus plane-  
tarū in zo-  
diaco.

Quanti. n.  
cōtinuum  
discretum

quid astro-  
nomia.

Arithmeti-  
ca.

AMMONIUS

Musica.

musica. Eritque musica cognitio quantitatis discretæ respectum habentis ad aliud. Discretum autem id est cuius partes per se considerentur, nec dimoqueri simul possunt: Vnde geometria & astronomia erunt circa quantitatem continuam. Arithmeticæ uero & Musice circa discretam. Diximus iam de contemplativa. Nunc uero de altera parte quam actiua vocavimus, dicendum.

actiua phili  
lo. in quo  
secat par  
tes.

economia.

Politica.

Diuiditur quidem in moralem, domesticam, & popularem, sed græcè significantius, in Ethicam, & economicam, & politicam, quicunque enim quid rectè facit, uel in seipsum faciens dicitur ethicus, uel in domesticos & economicus, uel in rem publicam politicus. quamquam nonnulli dicant, qui politicus sit, eundem posse & ethicum & economicum dici, subiungantque actiua solam politicam, sed male. Plerique enim ab inani gloria dominati. Respublicas quidem rectè administrarunt, seipsoſ uero penitus neglexere, ac nullam sui suarumq; rerū curam habuere. Non in merito igitur in tres partes à nobis diuisa est, in ethicam, & economicam, & politicam. Diuiditur autem unaquaque in nomotheticam,

Diuīsio p  
tium phīc  
moralis.

ea est ferendarum legum ratio, & in iudiciale. Politicus enim Philosophus & leges fert ad populum, & quod iure aut iniuria factum queritur, ex ijsdem dijudicans, bonos afficit præmijs, malos uero supplicijs. Similiter & economicus paterfamilias leges fert ad domesticos, dijudicans que puni si à legibus declinarint. Similiter etiam & ethicus, sibi leges proponet, hoc modo.

hæc quoq;  
Pythag.

Imprimis uenerere deos, uenerere parentes,

Et uentri, & somno parcas, ueneremque repellito;  
Atq; animos, iramq; tuam frenare memento.

in suis car  
minibus  
aureis.

**A** Et quæcūq; scribit ad Demonicū Isocrates. Ea enī  
morales sunt leges. dijudicabit uero seipsum, sic.

Non mollem captare decet tua lumina somnum,  
Ante recensendo quā ter tua facta probaris,

Quo ueni? quidnam potui fecisse? quid actum est?

Ordine cuncta suo memorans, ac mox tibi si quod  
Turpe malum occurret, doleas: laeteris honesto,

**A** De æconomico autem & politico oportunius fortas

se aliās. Nunc pauca quædā de Ethico, & Doç: unde Ethicas, quod nostri dixerunt morē nihil aliud est quam ho-  
minis ornamētū ac pulchritudo, pulchritudo cuiuslibet  
rei est perfectio. Perfectio autem omnis fit ex priuatio-

ne Quid ethi  
cus & ani-  
maduerfi-  
one dignit  
est.

ne rerum uitiosarum, excessus, scilicet atq; defectus, qui  
bus constat turpitudo, nam si turpem dixeris cui mem-

turpitudo  
i extremit  
atibus.

brum aliquod defuerit, dices & turpem eum qui pluri-  
bus abundarit, quales apud Appollonium gigantes. Tur-

pitudo enim contraria pulchritudini, & quoniam uel ex

cessu uel defectu imperfecta est, contraria erit & perfe-  
ctioni. Perfectio igitur omnis; quando contraria, contra-

turpitudo  
i extremit  
atibus.

riarum rerum priuatione perficiuntur, omnino constas-  
bit obseruatione turpitudinis. **A** Hæc de diffinitio-

Laus phīæ

ne & diuisione ipsius philosophiae summatim quidem à  
nobis dicta sunt. Diuina certe est, atque ob omnibus quā

maxime expetenda. Sed præclarè de ea dictum, ferunt.

Tale tantumque bonum, neque iam peruenisse, neque una-  
quā ad hōies peruenturum. Nunc autē ad ea que ad pro-

positum magis pertinere uidebuntur, deueniamus.

AMMONIUS

Vnde orta  
sit philoso-  
phia.



VVM INTELLEXISSENT  
philosophiam omniū rerum uti res sunt  
esse cognitionem, cæperunt investigare  
Philosophi, quo pacto in eam ipsam re-  
rum omnium cognitionem peruenirent.

Uniuersa-  
lium scia.

Quumque animaduertissent particularia cuncta gene-  
rari atque corrumpi, eorumq; ob id experientiam habe-  
ri non posse, scientiamque sempiternarum certarumq;  
rerum esse, atque id quod cognoscendum esset à notio-  
ne comprehendendi oportere: deduxerunt se à particulari-  
bus ad uniuersalia, quæ uidebantur æterna & definita,  
scientia namque a Græcis, πόλεις ἐπίστασις μάθη-  
ματικού δογματική πράγματι, ut in Cra-  
tylo interpretatur Socrates, ideo dicta latine, quod nos in  
certissimum quedam rerum statum finemque perducat.  
Exquiramus igitur quomodo progressum hunc fecerint  
à particularibus ad uniuersalia. Quum intelligeret uer-  
bi gratia in hominibus, haud quaq; oportere quotquot  
in mundo homines essent à se dignosci, à particularibus  
cunctis hominibus, deuenerunt ad uniuersalem hanc ho-  
minis naturam. Animal rationale mortale. Nam qui id  
nouerit, noscet quicunque sunt, fuerunt, aut futuri sunt  
homines. Eodem modo à particularibus equis, deuenerūt  
ad uniuersalem equi naturam, quæ omnes complectere-  
tur: Animal quadrupes hinnibile, non enim necessarium  
erat Philosopho, scire qui flavius esset, qui maculosus,  
qui gilivus, sed uniuersaliter tantum quid esset equus.  
Uniuersalia nanque semper eodemmodo, nec nunc hoc,  
rursus alio atque alio quemadmodū particularia. Alia

Uniuersa-  
lia sp̄ ma-  
nere, pticu-  
laria vero  
interimi.

quidem est natura flavi, alia maculosi, alia & gilui, si-  
 cuti alia Platonis, alia Socratis, alia & Alcibiadis. At Ex Ari.lib  
 uero uniuersalis homo, & uniuersalis equus, non ita, sed primo, po  
 stea. ca. 111.  
 semper eodem modo equus erit animal quadrupes hinni  
 bile, & homo animal rationabile mortale. Porro quum  
 considerarent uarias ac prope infinitas id genus anima  
 lium species, deuenerunt in communem omnibus commu  
 nitatem, animal. Animal enim & homo & equus. Item cēntia om  
 ab hac sicut, platano, uite, cæterisque arboribus: deuene  
 runt, ad uniuersalem sicum, platanum, uitem, quas addu  
 xerūt in commune his omnibus genus plantam. Habebat  
 ergo has duas communitates animam & plantam, que  
 qui norit, omnia quæ continentur ab eis nouerit. Item &  
 animal & plantam duxerunt sub animas, animates enī  
 sunt & plantæ, siquidem augentur nutriuntur, ac sibi si  
 mile gignūt, quū uero animanti opponeretur id q̄ nō es  
 set animans, ut sunt lapides ligna & eiusmodi, quorum  
 pleraque poterant nobis esse incognita. deuenerūt à par  
 ticularibus lapidibus ad uniuersalem lapidē, & à parti  
 cularibus lignis ad uniuersale lignū, quæ adduxerūt sub  
 cōmune genus nō animans, à quo singuli & lapides cōti  
 nerentur & ligna. Sicque habuerunt & has alteras duas  
 communitates animans & non animans quæ adduxerūt  
 sub corpus. Item à dæmonibus animabus & eiusmōi quæ  
 corporibus uacant, deuenerunt in commune genus in cor  
 poreum quod corporeo oppositum uidebatur nanque ut  
 tripliciter illud dimetiri, & in partes secari potest,  
 sic neque dimensurabile hoc neque ulla in partes diuisi  
 ble. Item querentes quid commune esse posset corporeo

AMMONIUS

¶ incorporeo, inuenient substantiam, quæ utrumque complectetur. Aequo enim substantia est corporeum ut lapis, lignum, & eiusmodi atque incorporeū, ut sunt animæ, dæmones, deus. Item quum intellexissent, substantias, rem quanque subiectam significare, esseque eis contraria quæ non per se, sed in alijs consisterent, ut est albedo, nigredo, & eiusmodi, inueniunt commune his omnibus genus accidentis, sub quo continerentur. Quæcunque igitur per se constiterint, ut homo, lignum, lapis, Substantiae, quæ uero contra non nisi in alijs, ut albedo, nigredo, Accidens uocabuntur. Num ergo omnia quæ sunt, ex sola ipsa substantia comprehendentur? Itaque rerum omnium cognitionem à philosopho haberi posse dicemus: minime. Erant namque adhuc duo, tria, quatuor, decem, & uiginti, quæ adduxerunt sub commune genus, numerum.

Item aliud paruum, aliud magnum, quæ adduxerunt sub continuum, cuncte numerus & continuum quantitates essent, utrumque enim ut docuimus quantitas, adduxerunt ea sub uniuersale quantum. Sicque habuerunt generalissima duo, substantiam & quantitatem. Item erat quoddam album nigrum, & id genus multa, quæ particulariter insunt pluribus, ut albedo in cerusa, & niue & cyano, nigredo in ethiope & coruo. Inueniunt uniuersale albedinem & nigredinem, quas sub commune unum his omnibus genus adduxerunt colorem. Item & dulce, & amarum, calidum, ac frigidum, quæ adduxerunt sub communis omnibus genus quale. Quale autem id est, ex quo qui id suscipit denominatur, ut ab albedine albus, & à grammatica grammaticus. Erat item dextrum & sinistram ac accidens sunt generalissim.

Qualitas.

ad aliquid siue relatio-

strum, duplum dimidium, quæ adduxerunt sub commune  
his genus dictum ad aliquid quod s. respectum haberet,  
alterius ad alterum. Erat item aliud, esse in scholis,  
in foro, in templo, quæ adduxerunt sub commune genus  
ubi, quod loci eſet significatiuum. Erat item heri, hodie,  
cras, quæ adduxerunt sub quando, quod temporis signifi-  
catiuum eſet. Erat item recumbere, stare, sedere, quæ  
adduxerunt sub positione, quod ea corporū status oīs co-  
pleretur. Erat item accingi, amari, annulum gestare,  
quæ adduxerunt sub habitum, quod is communem co-  
prehenderet ornatus compositionem. Erat item uerbe  
rare, caleſacere, ac frigefacere, quæ adduxerūt sub a-  
gere: quod est circa aliquid uersari. Erat itē uerbera-  
ri, caleſieri, frigefici, quæ adduxerūt sub pati, quod eſt  
ab aliquo alterari. Itaque habuerunt hæc de decem gene-  
ra, substantiam, quantitatem, qualitatem, ad aliquid, ubi  
quādo positione ſive ſitū, habitū actione ac paſſione, ſub  
quibus quæcūq; eſent in hūanis rebus contineretur. Dicta  
aut̄ ſunt à Phīs, x̄ct̄ n̄oḡoī, hoc eſt prædicamēta, quod  
de his quæ ſunt ſub ſe uniuersaliter dicerentur. Scrip-  
rat itaq; Arist. libellū de prædicamētis, in quo mentione  
fecit de his quinq; uocib; genere, ſpecie, diſſerētia, pro-  
prio, atq; accidenti, quæ cum incognitæ nobis iam eſſent  
longa diſſuetudine, & Philosophi & boni uiri: functus  
officium Porphyrius, ipsum hunc libellum cōposuit, do-  
cens nos quid queq; illarum uocum ſignificaret, ut cum  
hæc didiceremus, multo facilius ea aſſequi poſſimus, quæ  
ab Aristotele tradita ſunt de decem prædicamentis. Di-  
ſtum eſt igitur, quot modis Philosophia diſſiniatur.

Vbi eē ilo  
co ſignant  
nō locum.  
ex Gilber-  
Porreta. ſi  
cut & qñ,  
nūc tēpus.  
ſed orne in  
tempore.

x. prædi-  
menta. x.  
primæ na-  
turæ

Nō neceſſa  
riū eē hūc  
lib. ſed vti  
lem ad lib  
ros Arist.

## AMMONIUS

Demōstratū est in quo<sup>t</sup> que<sup>ue</sup> unaquæq; Phīa pars diuī datur. postremo & quomodo sub decem generalissimas communitates, omnia adducta fuerint declaratum.

Octo fore  
considerā-  
da ī initio  
cuiuscunq;  
libri.

Redditio  
causæ

Intentiōis

Vtilitatis.

Ordinis  
Ex titu. in  
tentio faci  
le fit mani  
festa.

Tituli lib.  
Diuisiōnis  
Modique  
docendi.

Nunc de his dicendum que à Philoso. περὶ εγνήμενα, ἡ τοι τεχνολογία, ἐπὶ τὸν βιβλίου, appellatur. Ea uero sunt huiusmodi, propositum siue intentione, utilitas opus legitimum, nomen authoris, ordo librorum, titulus diuisio per capita, docēdi modus, & relatio. Confuerunt autē interpretes ea enarrandis philosophorum scriptis semper proponere, non ut ipsi quicquā ad didisse uiderentur, aut aliquam aliam ob causam, sed solum prōptiores ut redderentur qui legerent, quiue audi rent. Si quis enim propositum siue scribentis intentionē ignorarit, pigrescat, medioque in cursu stabit, uelut his accidit qui eo proficiscuntur quo nesciunt. Neque uero id satis, quamvis enim scribentis intentionem quis nouerit, non tamen promptior efficietur ad opus aggrediendum, nisi ad utilitatem quoque perdidicerit. Quare post intentionem & utilitas ostendenda, ac neque id quidem satis, nisi legitimū opus esse demonstrabitur eius quem scimus sapientiae studio fuisse clarissimum, ueluti Aristotelis & Platonis à quibus nihil nisi quod utile dictum existimamus. Sequitur mox quomodo de ordine, utrum prius an posterius collocetur, quare & ordinem declarant. Præterea & titulum, quoniam ex eo breuiter intentione dignosci solet. Postremo diuisiōnem, modum preceptionis, & relationem, hoc est in quam partem philosophiae referatur, i.e. circa, ut sciamus, ubi maxime conseruat. Sed age nos quoque huius libelli τὰ τεχνῶν ομένα

dicamus. Intentio Porphyrii est de quinque uocibus disserere de genere, specie, differentia, proprio, atque accidenti, sub quibus particulariter omnes significatiuae uoces continentur. Ut ilis autem liber est ad omnem philosophiam. docet enim nos que cuncte supra spes adueniunt. ex quibus suscipere solemus demonstrationes. Ex demonstrationibus autem philosophiae finem consequimur. Ut ilis igitur ad comparandum philosophiae finem. Legitimum uero esse Porphyrii authoris opus patet, cum ex ipsa elocutione, tum etiam ex eo quod sepius alibi, de his que in hoc libro tradita precepta sunt, mentionem fecit. Alloquitur autem Chrysaorium cui & alios multos dedicarat libellos, ob hanc causam. Adolescens erat Chrysaorius Porphyrio magistro, ob etatis & ingenij decorum gratissimus: rogauerat is Porphyrius de Aetna ut scriberet. interim uero, quum forte incidisset in Aristotelis predicationa, neque omnino incumbens proficiisset quicquam, significauit id Porphyrio, qui tum illuc in Sicilia erat, rogitans si quod pollicitus fuerat, de Aetna perscripsisset, ad se mitteret, si minus, daret operam quo eum ipsum Aristotelis librum percipere posset, cui Porphyrius nil quicquam grauatus, continuo hunc libellum conscripsit, ex principe Platone iisdem fere uerbis omnia colligens. Ex quibus rebus manifestissime constat, uiuo patre legitimum natum; suumque heredem huc a Porphyrio iure fuisse institutum, nihilq; prohibere, quin testamento patriam sponte adire posset hereditatem, ut uerbis utar iuris consultorum. Ordine uero hic liber primus, in eruditus siquidem nos ad Aristotelis predicationa, prae-

Intentio  
Porphyrii  
Utilitas.

Opus legi-  
timum,

mores græ-  
corum no-  
ta vt de Pi-  
da fertur.

AMMONIUS

De quibus  
prædicam  
tum.

Libri titu.

Cur intro.

ductio in-

scribatur

Dubitatio

Responsio

Diuisio lib  
in partes ,

Cur orga-  
nū appel-  
let.

dicamenta de simplicibus sunt rerum uocibus. Simplices autem de quibus hic agitur uoces, rationalis sunt Philosophiae principia. Primus igitur, meritoque cæteris in philosophia libris præponendus. **¶** Titulus autem inscribitur, εισαγωγή. **¶** Introductio siccirco quia tanquam aditus est, & uia ad omnem philosophiam. Addubitarent hic fortasse nonnulli, cur indeterminate inscriptus sit liber (INTRODUCTIO) incertum enim grāmaticæ ne sit an Rhetorices, an Logices. Res pōsum his sit, solere nos semper excellentissimam quang; rem inde finite pronuntiare, atque uti nos, quum Homerum, aut Demosthenem significare uolumus, poetam dicimus, & oratorem per excellentiam, ita nihil prohibuit uolētem philosophiam significare eo modo dixisse. Præterea, Introductio omnis ex confessu uel artis uel scientiæ est in = troductione. Sed quum philosophia sit artium ars, & scien- tiarum scientia, quo modo satis digne poterat, qui nos ad illam introducatur erat, per quæ eam ad cæteras omnes artes & scientias si uera eius diffinitio, unius tantum artis introductione libri titulum inscripsiſe? **¶** Diuiditur autem in tres partes, in prima disputat de ipsis quinque uocibus. in secunda eas complicat. in tertia docet, quā habeant inter se similitudinē ac dissi militudinem. Docēdi modū quo utatur, facile, & qui ad erudiendos pertineat adolescentulos fore promittit, ipso statim proœmio, quū dicit, se ab altioribus questionib; uelle abstinere, & simpliciora conjectari. Refertur postremo hic liber sub rationale organum. Organum. n. logicam appellat, quasi instrumentum philosophie.

Docet. n. quæ ad principia demonstrationis conducunt.  
Introducitq; nos ad Aristotelis prædicamenta quæ ad lo-  
gicam spectant, logica autem non pars est philosophia,  
Sed organum, ut alibi demonstrabimus.



VVM SIT NECESSARIVM  
CHRISAORI; &c. Quæcūq; in hu-  
manis rebus sunt, oīa suapte natura boni  
expetunt. Omnes uel specie ipsa boni affi-  
cimur, boni cupiditate incēsi sumus omnes  
ad id quod bonum est trahimur, rāpimurq; omnes, rerū  
nanque omnium & origo & perfectio bonum, malū ue-  
ro qui appetat nemo. Si quis tamen appetuerit, id ipsum  
expetet tanquam bonū. Quare quandocunq; uoluerimus  
quempiam ad aliquid cohortari, ex illa ipsa re bonū fu-  
turum eīe ostendemus, quod & Porphyrius nunc facit.  
Nam quum uellet Chrysæorium ad huius libri lectionem  
attentum facere, futurum ex eo bonum ostendit. Sed quo-  
niam duplex bonum, alterum ut finis, ut cum dicimus  
sanitatem esse bonum, alterum ut ad finem, ut cum uenā  
secare bonum esse affirmamus, non per se, sed propter  
sanitatem. Necessarium hoc loco non dicetur potissimum,  
propter se bonum, sed propter aliud maius: quemadmo-  
dum quum dicimus, si sanus fieri cupis, necessarium est  
tibi uenam laxari. Resertur nanque ad prædicamenta;  
sed breuius, uel necessarium dixit hunc libellum respectu  
maioris boni utillem: uel certè propter se necessarium,  
quum sine ipso quæ in philosophia tradita sunt, percia-  
pi minimè possunt.

Oē sub rōe  
bōi expeti

Obm̄ appa-  
tētis est bo-  
num appa-  
rens.

Duplex bo-  
num,

Necessariū  
ex cōditōe

## AMMONIUS

¶ Intelligendum autem necessariū à Philosophis duobus modis accipi, necessarium quod utile, utile autē est; quod propter aliud sumitur, uerbi gratia, lauari, uestibus succingi. & necessarium quod econtrario opponitur ut aiunt possibili, uerbi causa quando subiectum absque eo esse non potest hoc modo, necesse est quæcunque pulmonem habent animalia respirare, si uolumus ut uiuant, necessaria igitur est respiratio, nam sine ea, quæ pulmonem habet animalia uiuere nullo modo possunt. Dicitur itaque necessarius hic liber aut ex priori, aut ex posteriori significatione, atque ex posteriori quidam, minimè. Antequam enim Porphyrius commentus hanc rem fuisse, aut sanè ignorabatur, Philosophorum scripta quid significarent, igitur ex priori, quod illorum facillimam nobis cognitionem efficiant, nunquam ergo ex posteriori significatione dicetur necessarius liber, quoniam illa sine hoc constare non possent, sed ex priori quoniam sine hoc illa haud satis unquam rectè intelligerentur, illud uero necessarium non in scripto sed in ipsa rerum contēplatione intelligendum, neque enim dixit sic, quum necessaria sit huius libri confessio, sed sic, quum necessaria sit & ad prædicamentorum traditam ab Aristotele doctrinam cognitio generis, speciei, differentie, proprij, & accidentis. ¶ Hæc itaque libri huius utilitas est quodaque dispersim ab alijs olim dicta fuerant hic collecti habentur, ac faciliorem nobis concisioremque illorum intelligentiam præstat. Quare non sibi inuentionem hanc porphyrius uendicauit, sed quæ ab antiquioribus dicta sunt, inquit, adducere tentabo. Animaduertendū autē in pros-

Non necessarius, sed  
utilis liber  
Porphyrii

Libri utilitas.

in proœmio hæc declarari, libri argumentum, utilitate, & præceptionis genus. Argumentum quum de ipsis quinque uocibus se dicturum necessario existimat. Utilitatem, quum dicit utilem esse non modo ad Aristotelis prædicamenta, uerum etiam ad omnem philosophiam. Præceptionis genere se usurum ostendit eo, quod maxime concordat his qui nunc pri-  
mum cruduntur. Neque enim plura adducit, quæ pertineant ad introductionem, neque scribendo lo-  
gicus se extendit, neque obscuro utimur dicendi stylo, quibus plerunque deturbari à studio, solent adolescentuli. **¶** Coniunctio autem illa, et, significat nobis nō solum ad prædicamentorum doctrinā conferre hunc libellum, uerum etiam (ut diximus) ad omnem philosophiam. Rursus aliter, & ad prædicamentorum quæ tradita est ab Aristotele doctrinam inquiens, non solum significauit conferre hunc librum ad eam doctrinam prædicamentorum, quæ tradita est ab Aristotele, sed ad prædicamenta etiā cæterorum, qui de his prescriperunt, ut Architæ Tarentini, Theophrasti, atque aliorum. Pleriq; n. Aristotelis discipuli, ad præceptoris emulationē, conscripsere. De prædicamentis, de interpretatione, & de resolutiis syllogismis. **¶** Addubitarēt autem fortasse nonnulli, in hoc ipso statim principio, ὅτος ἀναγκαιου, mouerentque infirmam sa-  
nè atque inconsequentem questionem aliqui pulcherrimam, & relatu dignissimam, hoc modo.  
Ens aut necessarium est, aut possibile, aut contingens,

**Coniunctio  
notanda :**

**Dubitatio.**

**Possibile.** i.**Ἐνδεξον**  
μενον.**Necessariū**  
possibile.**Conting.** i.  
**ὑπάρχον**.**Contingēs****Subiectum,**  
**sive suppo.****Prædicatū****Ens in plus**  
**quā necessariū**

Necessarium est, quod ex necessitate eodem modo semper habebit. ueluti hoc, dū sol est supra terrā, dies est. Possibile autē, quod duas inter se cōtrarias res admittet, ut scire ac nescire, nunquā enim alter utrū si sit, erit & alterū, tamen potentia id ita esse cōsiderabitur. Cōtingēs uero est quod in actionem dirigitur, poteritq; ita euenire. His igitur ens coaequale non est, non .n. pro essendi reciprocalat consequentia ut ppriūc definitio, quæ inuicē & supposita & prædicata eē possunt. Suppositū aut siue (ut uulgo aiunt) subiectum, id est de quo fit sermo, cui græcē articulus præponitur ut homo. Prædicatum uero est in quo substantiuum uerbum aut actu aut potentia continetur. Omnia enim prædicata quum aut nomina sint aut uerba, nominibus quidem continebitur actu sic, animal est, uerbis uero potētia sic; loquitur disputat. Non enim quo modo dicimus, homo est risibilis, & risibile est hō, ita dicemus, ens est necessarium, & necessarium est ens, nihil enim idem ex commutatione consequitur, qui cquid. n. ne cessarium, admittibile & existens, illud idem est & ens, sed non si quid ens est, idē prorsus erit necessarium, admittibile, & cōtingens, quin si illorū aliquid scilicet potēs, nō erunt & reliqua. s. necessariū atque inexisteſ. Si igitur inaequale ens: admittibili, necessario & existenti, nec suppositum, quod non idē ex commutatione consequatur, erit certe pluris. Cur itaque Porphyrius, quum & ipse in omni prædicato iubeat debere inesse uel maius uel æquale,

quam in supposito ac nunquam quid minus. Neces-  
 sarium quod minus est, de eo quod pluris est fecit es Cap. de spe  
 se prædicatū? Sic, ὅτι οὐχ ἀναγκαῖον. Fatebimur cie.  
 quidem id ita esse de maiori quod est minus prædi-  
 cari non oportere. Ens uero pluris esse quam neces-  
 sarium, minimè. Propriè enim ea dicuntur pluris es-  
 se nomina, que de pluribus prædicantur, in multis  
 que inexistunt, ac per se intellecta propriam in se Que i plus  
 existentiā habet, ut animal, q̄ & de hoīe, & equo, sumuntur.  
 & cane prædicatur, inexistē cunctis, ppriāq; per  
 se intellectū, in se existentiam habet. Dicitur n. ex  
 diffinitiōe animal, substātia, animans, sensibilis. Præte-  
 rea, quæcūq; in sese nō inexistunt, sed cōmūnē pluri-  
 bus appellationem habent ut canis, ajax, & eiusmo-  
 di nūquā dicētur pluris esse, quia æquiuocæ sunt  
 uoces, non res. Oportebit enim ipsum p̄ se prius exi-  
 stere, q̄ altero quid pluris esse dicatur, ens uero quū  
 in non existat, sitq; uox dūtaxat cōs neceſario, ei  
 q̄ potest esse, & cōtingēti, nunq̄ dicetur pluris esse.  
 Præterea. Si pluris id ēē dicant, tanq̄ genus profe-  
 ctō nō negabūt. Sed genus eodē etiā tēpore diuisum  
 cōtinet in se species, licet nihil oīno præcesserit, aut  
 subsequatur. Necesse igitur erit, eos cōsiteri, uno eo  
 dē tēpore, necessariū ēē, & possibile, & cōtingēs quo  
 nihil absurdius. Necessariū quidē semper est necessa-  
 riū, potēs autē esse, siue admittibile & cōtingēs, non  
 semp̄ sed aliquādō. Quare si ens genus nō erit et &  
 pluris, quicquid enim natura ipsa definitū non est,  
 particularibus si adfit, nullo mō potest esse genus.

Rebus non  
 cōuenit, ut  
 sint æqui-  
 uoce, nisi  
 quia sunt,  
 sub uocibus  
 nostris.

¶ Præterea. Omnia aut determinate aut indeterminate proferuntur, determinationes autem quatuor, omnis & quidam affirmatiue, non omnis ex nullus negatiue. Dictæ iccirco, quoniam ex his determinatur quod dicimus, siue uniuersaliter, siue particulariter. Si enim dicamus sic, omnes homines lucrum appetunt, id est uniuersale. Sin uero sic, quidam summum bonum uirtutem propter se expetendam esse uoluerunt. Particulare. Demonstratum autem ab omnibus fere Philosophis est, particula re indeterminatum idem ualere ac particulare determinatum, ut quidam homo uenit, idem sit atque hoc, homo uenit. Quod si ita est: Porphyrius indeterminate quum dixisset ὅτι οὐκ ἀνακριθεῖ neque præposuisset πάντος uniuersalem determinacionem. Suscepit illud όπως, particulariter ac si dice ret, quoddam ens est necessarium. Quod quidē, ut ipso confitentur æqualiter necessario. Et quidem si æquiuocum ens tenuis uox non fuisset, habuissetque in se subsistentiam ut animal, rectissime de eo poterat necessarium indeterminate prædicari. Præterea. Quandocunq; uolumus rem aliquam significare, per rectum casum, significare solemus sic homo equus. Quando autem rei ipsius partem aliquā aut quod circa rem est, per genitium. Si enim dixeris Socratis. Certe uel membrum eius aliquod significari uolo, ut manus, caput, uel eorum que circumstant aliquod, ut librum, domum, & eiusmodi. Si itaq; dixisset Porphyrius per rectum casum sic:

## Dubitatio.

Cur per casum rectū, nō dicit cū per genitium dicit, à grāmati cis potius, quā à phis consideratioē digna

po op̄ & v̄c̄y n̄c̄ou ēs̄. Rem plane ipsam significat  
set, Sed quum dixerit ὅv̄TΘ & v̄c̄y n̄c̄ou per geni-  
tiuum, certe uel partem rei, uel aliquid eorū que  
rem circumstant significauit. Cuilibet autem para-  
ti eorum quæ circa rem sunt & equiualeat necessariū.  
uerbi causa: homo idem atque aliquod animal, &  
manus idem atque aliquod membrum in homine.  
Quāuis ergo propriam quis dixerit ens subsistē-  
tiam habere, non tamē redarguendus, iccirco por-  
phyrius quod fecerit de ente necessariū tanquā de  
& quali & quale prædicari. **D**emonstrabimus ad  
huc alia ratione, ens neque supradictorum necessa-  
rij possibilis & contingentis, neque substantiae acci-  
dentiis ac reliquorum prædicamentorum, posse esse  
genus hoc modo, in quibus aliquid prius est ac po-  
sterius, quod communiter de his prædicatur nō est  
genus. Genus enim specierū est genus, speciesque Nullum ge-  
ipsæ eodem tempore per se subsistunt: accidens ue-  
rus prædia-  
ro posterius est substantia, quoniam in ea existit po-  
sterius, & eo quod potest esse contingens, quoniam cundū prius  
in eo habet existentiam. De his igitur ens ut genus & posterius  
non prædicabitur uniuocè, sed & equiuocè. Appare- Arist.lib.iii  
at sane inquiet aliquis in his prius esse ac posterius topicorum.  
Vnde nam id manifestum erit, existere in substantia  
accidens, & in eo quod potest esse contingens, non  
inexistent. Dimotis nāque substantia & possibili, di-  
mouebūtur & cū accidēti contingēs, sed semotis ab  
ente in quibus non subsistit speciebus, substantia &  
possibili, nō semouebuntur & reliqua. non. n. corru-

AMMONIVS

pta specie canis aut equi, corrupuntur & ceteræ hominis, equi, bouis, camelii, & id genus aliorū. Demōstrata igitur est alienæ questionis absurditas ac solutiōis nostræ cōcinitas. Verum enim uero adhuc principiū rursus dānātes dicerent sic. Si ens æquiuocum, & quiuocū autem indefinitū, ens igitur inde finitum, ac non oportet principium ab indefinito fieri, male igitur. Respondebimus ens non dici debere æquiuocum: sed ab uno aliquo, uelut à medicina. Medicinæ dicimus librum: & medicine potionem.

Quid autē sit æquiuocum, qui uniuocū, quid ab uno

*Cur ens ip si necessaria =*  
aliquo aliqd eē, in prædicamētis dicemus. *Quā*  
*rio præpo- fuerit trib.*  
*de causisfa etum fuisse putat.*  
uero ob causam ens præposuerit necessario. Tribus factum est causis. prima ut quod uniuersalius ē præponeret, secunda ppter elocationis elegantiā, si.n. dixiſet ḥvax καὶ οὐτός non sic sonora fuisseſet locutio, ob hiulce orationis uitū quod κεκρυός uocatur, postremo ut à generalissimis principiū sumeretur, ab his.n. semper inchoandū. *Quæ*  
rent præterea cur non dixerit bonum aut utile, sed necessarium. *Dicemus*, quia hæc duo bonum & utile adhæret sibi inuicē. contineturq; à necessario: bonū enim, id est quod propter seipsum expeditur, ut felicitas, uirtus, utile uero quod propter aliud, ut diuitiae, quodq; si adsit, non penitus saluā rem faciet, si absuerit nō corrūpet, ueluti hæc toga. Nec sariū aut duplex, uel q; propter seipsum expeditur nihilq; differt à bono, ut sanitas uel q; expeditur ppter aliud, nihilq; differt ab utili, ut uena laxatio,

eur bonum  
at utile nō  
dicit cū ne-  
cessarium  
dicit.

Necessariū  
duplex hoc  
quoque su-  
pra.

¶ potio medicinæ. Primo igitur significatio quin que uocū necessaria cognitio ē, quoniā nobis, tū ad prædicamēta, tū ad logicā methodū confert. Dicitur aut̄ hoc necessariū sex modis. Necessariū ut materia æris ad informādām statuā. Necessariū ut rationale in homībus. Necessariū quod propter se fugiendum propter alterū uero expetendū, ut uenā incidere. Necessarium q̄ propter se est expetendum; ut sanitas uirtus. Necessarium quod propter se neq; expetendum neq; fugiendum ut sunt quedam pharmaca. Necessariū postremo quod propter se & propter aliud est expetendum. Veluti est hic liber.

## PRAEFATIO. CAP. PRIMVM.



Vm sit necessarium Chrysostomi & ad eā quæ est apud Aristotelē p̄dicamētorū doctrinā nostre quid sit genus quid differētia, quid species, quid proprium, & quid accidēs: & ad diffinitionum assignationē, & oīno ad ea quæ circa divisionē & demonstratiōne sunt; ut ille existente istarū rerū speculatiōe, cōpendiosam tibi traditionē faciēs, tētabo breui ter, velut introductionis mō, ea quæ ab antiquis dicta sunt aggredi, altioribus quidem quæstionib⁹ abstinenſ, simpliciores vero mediocriter coniectans.

C iiiij

AMMONIVS



RISTOTELES  
In prædicamētis de  
generalissimis decē  
uocibus cum pertra  
ctaret; separauit ea  
as à differentijs et  
proprijs; atq; harū  
quinq; uocū ab eo il  
lic mētio habita. In  
telligere igitur qd

**Dubitatio.** sit genus, differentia, species, propriū, atq; accidēs ad faciliore illarum intelligentiam necessariū. Vti tur aut Porphy. et coniunctione, quoniā non solū ad Aristotelis prædicamēta confert, sed ad ea que ipse inferius narrat, quāquā nonnulli interpretētur, et dixisse, et ad Arist. prædicamenta Architē uti lem harū quinq; uocū cognitionem, sed ista dicere mihi est absurdū. Quare aut præposuerit genus differentiæ ac differentiæ speciæ, suo loco demōstra bimus. Nunc uniuersaliter de oībus pauca dicamus de genere, dīa, spē, proprio, et accidenti. Non n. ab re quispiā rogaret, cur in cū ordinē sic redegerit has uoces Porphy. neq; n. uideri ullo mō debet, temere id factum. **Solutio.** Huius nos rei causam, pau lò altius ab initio repetamus. Intelligendū in oībus rebus quēdā esse uniuersalia, quēdā particularia. Qū uero corrūpi et quasi aboleri particularia, necesse esset, excogitauit natura generaliusquoddā q̄ oīa complecteretur genus, et q̄ uniuscuiusq; rei

Quid gen.  
quid speci  
es.

formā conseruaret spēm, sed quo res planius intel-  
ligatur, ordine oīa exponemus, atq; unūquodq; tan-  
quā in exēplo demōstrabimus Socra. Plato. ac cete-  
ros particulares hoīes similiṭer, & flauū, maculo-  
sum, hunc equū et illū uocarūt Phī particularia,  
sive indiuidua. Porro quæ particularia ipsa cōpre-  
hēderent, ut uniuersalis hō & uniuersalis equus, uo-  
rūt spēs. Quæ rursus spēs, appellauerunt genera,  
ueluti aīal q; cōtinet uniuersalē & hoīem & equū:  
quæ uero media eſt, inter spēs & genera, dixerūt  
driās, ut rōale & irrōa. q; alterū differre facerēt  
ab altero. Rōale. n. id dicitur, q; mentis iudicio duci-  
tur ac rōne, ut hō, & dāemon. Irrōale uero q; iudi-  
cio, ac rōnis est expers, ut equus, bos. &c. Eruntq;  
particularibus uniuersaliores spēs, spēbus driāe, dif-  
ferentijs genera. Aīal. n. diuisum cōtinebit, rōale  
& irrōale, rationale cōplectetur hoīem & dāmo-  
na. hō Socratē & Plato. Præterea id quod alicui  
speciei uidebatur sp̄ herere, ut hoī risibile, & equo  
hinnibile, placuit ut diceretur p̄priū, q; proprietā-  
tem suā, intra unā dūtaxat spēm cōtineret. id uero  
quod absq; ullo detrimento uidebatur posse ab eo,  
cui acciderat dimoueri, ut albū nigrum stare, & se-  
dere, accidens nuncupatū: hēc uero noīa, nō ut grā-  
matici uocabula, aut Iuris. & oratores uerba, sed  
generalius uoces appellauere. Quarū aliae quidem diuisiō p̄rē  
substantiāe, aliae uero adiectiūe: hoc est aliae substā dicabilium  
tie coherēnt, aliae inducuntur; coherēnt substātie & sufficiē  
genus, driā, & spēs, inducūtur propriū & accidēs.

Quid diffe-  
rētia ac ra-  
tionalitas,  
& irratio-  
nalitas :

Proprium  
ē unius spēi  
Quid acci-  
dens.

## AMMONIUS

Vnde nō īmerito dicta à nostris substātialia, quoniam ex his sua cuiusq; aīalī subā significatur, ac eorum unūquodq; fit particeps, ut: Socrates qua hō particeps erit spēi, qua rōabilis est: dīae, qua aīal generis. Et cōtra Alexandri Bucephalus qua aīal generis, qua irrōnabilis dīae qua uero equus spēi. Reliqua uero p̄priū atq; accidēs super s̄bālia sine inhārētia, quoniā i subiectā subē rōnem nō trāscē runtur. Propriū tamē pximius, accidēs remotius, il lud. n. semper i aliquo īexistet, hoc uero inibi erit, inibi nō. Vocataq; ēt sunt separabilia, q; separari à subā poſſint per cogitationē abfq; ullo detrimento: Oporteret. n. aliter nigros, nō eſe hoīes, ac si quis ridēdi ptātem abiecerit, ab humānis actionibus oīo tanq; sibijpsi immortuū uacare, quod nil absurdius. En igitur quo p̄cessu ordine Porphy. p̄eposuit ea q; cohārent, hisq; inducūtur, rursus ex his que cohāret, p̄rīo loco statuit genus medio collocauit dīam Postremo spēm, genus. n. uniuersalius differētia differētiae uero spē. Ex his itē que inducūtur, pximius substātiae p̄rium accidēti p̄eposuit, remotiori. Sed percūctabitur hoc loco aliqs. Si generi & spēi opponitur accidens, cur ergo in genera & species diuīsum? Dicemus, aliud eſe quū res per se itelligū tur, aliud quū respectu ad alterū. Quādo. n. per id solum quo res est, rem intelligimus dicemus uel eſe substātiā, uel q̄titatē, uel eiusmōi. At uero quando respiciemus ad p̄dīcamēta post subām, nō ut per se existat, sed ut illius egeat ad subsistentiā, accidē

Accidentia  
Separabilia  
dicuntur;  
cum à subie  
cto re sepa  
rari poſſūt  
nedum co  
gitatione,  
cum subie  
ctum ab eis  
non depen  
deat, sed e  
conuerso,

Dubitatio,  
Solutio.

tia nuncupabimus. Itē in oī prædicamēto est (si lon  
 gius prospiciatur) & uniuersale magis, & partia  
 culare minus. ex quo minus particularia differunt  
 à magis uniuersalibus. Hæc quæ uocamus genus,  
 specie, & dr̄iam, ut demōstrauimus: idē igitur a  
 lio atq; alio mō cōsideratum poterit esse & subā &  
 accidens. Poterit & diuidi, in genera, in sp̄es, & in  
 differentias secūdum aliā atq; aliā prædicta. rōnem  
 Quinq; ad diffōnum traditionē & oīo ad ea quæ  
 ad diuisionē & demōstrationē pertinent, utilis ho  
 rum sit contēplatio. Intelligendum hoc loco aliā  
 Aristo. aliam Plato. esse dialecticā. Aristo. n. proba  
 biles opi. quinq; modis sectatur, quēadmodum in To  
 picis differuit. Plato autem quatuor per diuisionē  
 diffōne, demōstra. & resolu. Necessaria igitur ha  
 rum quinq; uocum cognitio ad Arist. prædicamen  
 ta, & utilis ad dialecticā plato. imo ad oēm phiam  
 rōnalē, cuius quatuor sunt partes: diuisiua, diffini. Rationalis  
 demōstra. & resolutiua. Huius loci sensus latenter philosoph.  
 sic itelligēdus, ac si diceret Porphy. hunc libel. nō iiii. partes.  
 mō ad aliorum phōrum scripta cōferre, uerum &  
 si nulla prorsusextarēt scripta, certè ad nouā quā  
 dā rerum oīm inueniēdarum rōnē, ut ilē futurū, sed  
 suo ordīe ununquodq; breuiter exponamus. Diuisi  
 ue partis pprium ē, ppositum genus rectē i. pprias Diuisionis,  
 dr̄ias diuidere sic: Aīal rōa. & irrōa. morta. & ī. proprium,  
 mor. non autem sic. Aīal est aliud hō, aliud equus,  
 aliud hoc & illud. Similes. n. sunt qui ita dicunt.  
 (ut ait plato) coquis male secantibus frustra obso  
 niorum, hoc est imperitis rudibusque hominibus;

AMMONIVS

**D**iffinitōis propriū est unicuique rei quod suum est assignare. Præcedit autem diuisiua, quonia am natura prior est & quam maxime conficit diffinitiuam, diffinitiones enim omnes ex genere sūt & cōstitutiis differentijs, uerbi gratia. hoīem quis diffinire uolens, ex generis diuisione excerpit que pertinebunt ad diffinitionem hoc mō: aīal diuisum est in rōabile & irrationabile, mortale & imorta. dicetur igitur homo, animal rationabile mortale:

**D**emonstratiue proprium est ex propria substātia rem ostendere, non ueluti solent oratores authoritate personarum & testium estimatione, sed ut Plato qui quum uellet in Phædro demonstrare in mortalē esse animam ex eius ipsius substātia sic rōcinatus est, anima ex se mouetur, quod ipsum ex se mouetur, mouetur semper, quod mouetur semp im mortale, anima igitur immortalis. Hæc est uera demonstratio, sic sunt res diffiniendæ. hoc sit & no strarū demonstrationū perpetuo nobis exemplū, ueræ quidē demonstratōes sūnt ex diffōnibus, at qui diffinitiones rei naturam ostendunt. Demonstratiōes igitur ex ipsa rerum natura esse debebunt, non ex his que extrinsecus haud necessario consequūtur.

**D**emonstratiua, hæc siquidem diffinitiuae auxilio ea get, illa diuisiua. Resolutiue autem proprium est composita resoluere in simplicissimas ex quibus cōstant partium rationes, uerbi gratia, apud grāmaticos, oratio in dictiones, dictiones in syllabas, syllas

**R**esolutio. proprium

be in literas & elementa, apud philosophos uero eos qui rerum naturam indigantur. Homo in caput, manus, pedes, carnem, ossa, neruos. Hec rursus in quatuor elementa, elementa uero in materiam & formam. Item & apud logicos, syllogismi in enuntiationes que & propositiones dicuntur. Enuntiations in terminos quemadmodum in analyticis docet Aristo. Iure ergo prima omnium diuisiua. secunda diffinitiua. tercia demonstratiua. quarta resolutiua. Facta autem mentio illarum duntaxat trium, quia ad illas potissimum utilis hic liber. Demonstratio enim omnis, fit ex diffinitionibus, diffinitiones ex diuisiobus, diuisiones uero fiunt ex generibus in species diductis per proprias differentias, de quibus in eo disseritur. Item, quia tres ille sunt inter se adalligate, nec se iungi possunt. Diffinitiua eget diuisiue. demonstratiua utriusque, resolutiua uero nullius. estq; contraria diuisiue. Soluit n. illa unū in plura, ut diximus. hoc in membra, membra in humores, humores in elemēta, elementa in materiā & formā. Hec uero ex pluribus desinit in uno sic, aliud, aliud bipes, aliud quadrupes, bipedum aliud sensu solo agitur, aliud & ratione. Quod ratione agitur, homo. Itē quia qui diuidit progreditur à simplicioribus ad composita, qui uero resolutus à cōpositis ad simpliciora. Item, quia qui resolutus contrarius ei qui diffinit, ille enim demolitor est substantiæ hic fabricator. Item, quia si contraria diuisione resolutio, est & diffinitioni, siquidem;

Prima diuisiua  
ii. diffinit.  
iii. demō.  
iv. resolutiua.

Ex quibus constet de mōstratio

Diuisioni & contrariæ,  
via est re-solutionis  
Diuiſio.  
Resolutio.

ut dictum est, diffinitio sine divisione fieri non potest.  
 Quietia et demonstrationi que non nisi ex divisione  
**Habitu tan-** ne et diffinitione constabit. Quod autem resolutum resolu-  
**tum resolu-** uam pretermiserit, nihil id quidem refert. Nanque  
**titio ac com-** ueluti decline idem est atque acclive, nec differunt  
**positio dif-** nisi solo habitu, ita et resolutio eadem ac composi-  
**ferunt.** to tantum habitu differentes, quando enim a primis  
**Ordo dupl.** principijs ascendetur ad suprema, id est compositio,  
**compositio** quando uero a supremis descenditur ad prima, id  
**nis et reso-** est resolutio. Item compositio ex simplicibus termi-  
**nationis.** natur in re ipsa cōposita. Resolutio ex cōpositis in  
**compositio** re simplici, componimus enim res simplices, resoluimus cōpositas: nam quis in re tenui solueda laborat?  
 Et quū cōpositū aliquod resoluimus, in plura id certe resoluemus. Falsum num igitur illud est, qui cō-  
 positum resoluit, in unū simplex resoluere? Nequaquam  
 quā, at proxime accedit magis ad ueritatem, dicemus  
 tamen resolui compositum in plura continuo, et quod  
 ultimum erit, resolui in unū. Sed sciendum simplex  
 in plura cōponi, non autem amplius resolui ultimum  
 uero cōpositū resolui in cōtinua plura, nō autem am-  
**Quomodo** plius in supremum unum componi. 3. Quod uero  
 diuisio pri- diffinitionem que posterior est, preposuerit diuisio-  
 or diffōne, oni, ne quid dubites, dicemus. Primum quidem nihil  
 et diffini. prohibere, quin in subiecto que libuerit ordinare  
 prior diui. nostro arbitrio possumus, deinde quo ad nos prius es-  
 ex Boetio se composita ex diffinitione cognosci, atque iecira-  
 in lib. de di- co non irrationabiliter diffinitionem diuisioni prae-  
 ui. et diffi. positam Resolutionem autem ut diximus ideo fortasse

se prætermisit, quod eadem uidebatur ac composi-  
tio, ratione subiecti, ratione uero habitus minor.  
Horū contemplatio, id est cognitio. Solent enī  
cognitionem ipsam, Philosophi uero contēplationē  
Cōpendiosam tibi traditionē conficiens bre-  
uiter ī introductiōis modū quae ab antiquo  
rib⁹ tradita sunt adducere tētabo. Est nāq; &  
alia compendiosa traditio quae gratia commemo-  
rationis fieri solet per capita rerū, ea que uehemen-  
ter est & concisa & breuis, atque iccirco dixit in  
introductionis modū. Ab altiorib⁹ quidē quæstio-  
nibus abstinenſ. Tria sunt quæ pigriores effi-  
ciunt, ac deterrēt adolescētulos à scriptis aliorū, pli-  
xitas operis, obscuritas oratiōis, circa uerborū iter  
pretationē, ac profunditas sententiārum, à quibus  
omnibus, quasi alliciēs ad se auditorē Porphyrius,  
libellū hunc suū longe abesse ostēdit, nō fore proli-  
xiorem significat, quū dicit breuiter dictionis ob-  
scuritatē nō habiturū, quū dicit, in introduc-  
tions modū, quū autē dicit. Ab altiorib⁹ quidem  
abstinenſ quæſtionib⁹ declarat cū priorsus ca-  
riturū profunditate sententiārum. Itē quum dicit;  
simpliciora, ostendit facilitatem, quum dicit, me-  
diocriter coniectans, docet dictionis breuita = ad amicū  
tem ac modum. Simpliciora vero mediocri - suum.  
ter coniectans, non ad rem ipsam retulit. Philo- Philoso.  
sophorum enim est omnia per certam scientiam cent per ue-  
ac non per coniecturas demonstrare, sed ad Chry ras demon-  
ſorium, ac si diæret persequens Chrysaori ea que ſtrationes,

Tria ferē;  
perterren-  
tia adoles-  
centes.

maxime uidebuntur ad te instituendū pertinere. Nā ut dixi quod docent Philosophi , non per coniecturas docent , sed per ueras demonstrationes.

**C** Mox de generibus & speciebus , il-  
lud quidem siue subsistant , siue in solis  
nudis intellectibus posita sint . Et siue  
subsistentia corporalia sint , an incorpo-  
ralia , Etvtrum separata , an in sensibili-  
bus posita : & circa hæc consistentia , di-  
cere recusabo . altissimum enim est hu-  
iusmodi negotium : & alterius maioris  
egens inquisitionis .

**D** Pollicitus fuerat compendiosam Porphyrius  
se facturum disciplinam , aperta dictione usurum ,  
& profundiores questiones posthabituru . Ne quis  
autem diccret , non esse profundam satis de his rea-  
bus questionem , uoluit ex his latenter nobis signi-  
ficare , id ita esse . Sed age , quo res ipsa manifestius  
intelligatur , breuiter pauca dicamus . Rerum omni-  
um que sunt , aliæ persistunt , aliæ in sola notione in-  
sunt , earum que persistunt , aliæ corporeæ , aliæ in  
corporeæ . Incorporearū , aliæ à corporibus possunt  
separari , ut rationalis anima & dæmon , aliæ non  
possunt , ut albedo , nigredo ; & brutorum anime .  
Earum rursus qui per se in nostra notione insunt ,  
aliæ prius , aliæ posterius , in anima genitæ , rerū om-  
nium aliæ persistunt , aliæ in notione nostra insunt  
que intelliguntur he persistunt , que non intelligun-  
tur , ne-

Diuisio en-  
tium .

Brutorum  
anime , non  
separantur  
à corpore :

tur nequaquam. Sed cessante notione cessant et ipse, ut hippocentaurus, hircocerius, et eiusmodi. Non enim tales usquam extant, sed uidentes et equum et cantaurum conformamus ipsi nos cogitatione nostra quoddam ex utroque compositum quod dicitur hippocentaurus. Similiter ex hirco et ceruo imaginabimur compositum quoddam quod dicitur hircocerius, qui et uerè erit hircocerius. **N**e que enī audiendus Antisthenes, qui ponebat genera et species rerum in nudis notionibus. Equum inquiens video, equinitatem non video. hominem video. humanitatem non video, uir solo uix sensu uiuēs bruto non poterat sese altius attollere, neque quicquā aliud quam quæ ante oculos humi strata essent intueri. Rerum quæ persistunt, aliae corporeæ, aliae incorporeæ. Negabat hoc; alij affirmabant. eorum qui affirmabant, alij tantum dicebant esse corporeas, alij tantum incorporeas; qui dicebant corporeas, in ea ipsa opinione omnes permanerunt, qui in corporeas, quando incorporearum rerum aliae ut dictum est per se persistunt, ut dæmon, deus, aliae in alteris, ut albedo, nigredo, figura, et eiusmodi. Alii qui dixerūt per se eas existere, aliqui in his quæ sensibus perciperentur inesse. **R**ursus, postquam haec quæ sunt in his quæ sensibus percipiuntur corpora, uel penitus cōmisercentur, quemadmodū in ær russa albedo, uel superficie continetur sola, quæ admodū sphaerica figura, aliqui ea penitus cōmiseri assuerabat, aliqui in superficie sola apparere. Cets

*Aliorum opinio:*

D

ri & circa ea contineri, que ut per se sunt & vocantur: nos circumstantias dicere possumus, loco ac tempore. Tales igitur quum fuissent de hac re diuersitates, potius quidem erat de generibus & speciebus ut quereretur, sint necne. Et si sint, an in sola notio-

**Antisthenes opinio** ne permanerent. Quemadmodum Antisthenes opinabatur, qui tamen quum deprehendisset persistencia esse, inuestigare amplius non potuit corpoream esse an corporis expertia, hec que persisterent. quādē quidē alteram diuisionis partem abnegabat sed fac quo uis modo deprehenderit exceptia corporis ea esse, nō potuit iam rursus inuestigare, an inseparabilia prorsus essent à materia, aut essent in multis, an & possent à materia separari. **Verum** quo hec ipsa manifestius intelligantur, tanquam exēplum subijciamus: neque enim temerē atq; imprudēter hoc dictum uideri debet, res que existerent, alij corporeas esse dicebant, alij uero incorporeas. Rōnabiliter quidē utriq; neque ob id inter se contrarij neutri à ueritate dissentient, hoc pacto. Intelligatur annulus qui insculptā habeat alicuius imaginē, forte Achillis: Intelligantur & cerulæ multæ dispositæ, que ab annulo cōprimantur. mox & superueniens aliquis uideat cerulas, ubiq; animaduerterit, sci-

**Vniuersale** eritq; omnes eiusdem annuli impressioē formatas, triplex ipsa continet apud se in mente illā annuli impressionē. si Alber. in Sigillū illud anulo insculptū dicetur ante multa. In re, ante rē, aerulis uero efformatū, in multis, quod uero in illi post rem. us qui superueniat mente continentur. super mule-

vis, ac posterius genitū, hoc idē intelligatur in generibus & speciebus. Opifex n. rerum deus, rerum om̄ penes se species habet, quas diui. Plato i. Δέες appellavit, faciensq; hoīem, habet penes se speciem humānā, ad cuius exēplum omnes homines facit. Sed insurgent protinus sophistæ pernegādo ul̄ las esse species apud opificē, sed audiant hēc, Aut cognoscit opifex que à se fiunt aut non cognoscit, si nō cognoscit, nihil quidem fiet, si quidē nemo fas cere potest quæ ignorat, neq; n. diceendum irrōabili potentia agere, sicuti naturā, si cognoscit & ut par est, certa cum ratione agit. fatendum quidem erit præcognoscere eū quæ facit. si præcognoscit, negari certe non potest, inesse in rerum opifice rerum species. Sunt autem huiusmodi species in opifice, ueluti in annulo typus ac sigillum Achillis. dicē turque ante multas, & à materia separatae, species autem singulorum hominum, ueluti cerulea sigillo efformatae, dicenturque in multis & à materia non separatae. at species illa quam in singulis hominibus eandem esse uidentes, colligimus in mente, ueluti is qui superuenerat, super multis siue post multas & posterius generata. poteritque & à materia separari & non separari: separari, quia in anima existit, non in corpore. Non separari, quia per se pene semoueri non potest, quemadmodum species, quas posuit Diuinus ille Plato philosophus. Non enim uoluit, ut discipulus Aristoteles opinatus est, & plerique omnes pessimè interpre-

In toto nā  
q̄ oēs sunt  
species, cū  
ei⁹ essētia  
sit cā pro-  
ducēdi res  
secūdū grā  
dum spēi,  
nō aut spe-  
ciesque sūc  
accidentia  
cū hoc pe-  
nitus sint  
impossibilis.

Ut ignis a  
git in cōbu  
rendo,

Deus, non  
agit poten-  
tia irratio-  
nali.

Nota phi-  
loso. diū.

tantur; species eas simpliciter esse intelligentias;  
 sed quasdam tantummodo essentias intelligibiles;  
 quas tanquam pictas tabellas inspiciens mundi op-  
 fex inferiores has species facit. Hæc itaq; Porphy-  
 rius querere incorporeæne species separantur à  
 materia, ut quæ sunt in opifice, an non separantur,  
**Differētia** ut quæ sunt in multis, an sint post ea quæ sensibus  
 inter Plato percipiuntur; hoc est super multis, prorsus inquit  
 nem ac Ari recusabo. **Sciendum** est autē in his uideri Ari-  
 stotelem. **stotelem ac Platonem non conuenire**, Aristoteles  
**Concordia** eas dixit non separari posse à materia, Plato uero  
 inter tātos separari. Differant autem inter se Philosophorum  
 uiros opiniones uel non differant, non est hoc loco dispu-  
 Vniuersa = tandem. Mihi quidē Aristo. uidentur, nō nisi natura  
 lia siue spe liter eas intellexisse. diuinus autem Plato, diuinè.  
 cies mavis,  
 nō separa-  
 tur à singu-  
 laribus se-  
 cundū rem  
 existentia, **P**ollicitus fuit Porphy.libellum hūc fore utilē  
 ut dicūt la ad Aristo.prædica.idem & nunc cōfirmat.dicit.n.  
 tini, ut Ari se de his nō theologicè, aut naturaliter, sed potius  
 sto. secun = logicè locuturū. Logices uero quæ modo ratiōalis  
 dum subiec mō sermocinatuā dici potest, tot sunt species quot  
 tum, quia & modi sermonum, sermonum autem modi plures.  
 sunt in re = Enuntiatiuus, optatiuus, Vocatiuus siue compellatō  
 bus, sed se = uis, Imperatiuus, Interrogatiuus. Sunt & alij plus  
 parantur, res, si diligenter inspexerimus, sed ad commemora-

**I**llud vero quēadmodū de his, ac de  
 propositis magis logice antiqui tracta-  
 uerūt, & horum maxime Peripatetici:  
 tibi nunc monstrare.  
**P**ollicitus fuit Porphy.libellum hūc fore utilē  
 ut dicūt la ad Aristo.prædica.idem & nunc cōfirmat.dicit.n.  
 tini, ut Ari se de his nō theologicè, aut naturaliter, sed potius  
 sto. secun = logicè locuturū. Logices uero quæ modo ratiōalis  
 dum subiec mō sermocinatuā dici potest, tot sunt species quot  
 tum, quia & modi sermonum, sermonum autem modi plures.  
 sunt in re = Enuntiatiuus, optatiuus, Vocatiuus siue compellatō  
 bus, sed se = uis, Imperatiuus, Interrogatiuus. Sunt & alij plus  
 parantur, res, si diligenter inspexerimus, sed ad commemora-

dum non necessarij, non enim de omnibus hic agis præter situr, sed de solo enuntiatio, quippe quoniam is so- gularia colus est intellectua animæ nuntius, reliqui concipi q[uod] nos actus scibilis. nam qui optat alicuius rei uoto optat, & uel potetia qui uocat alicuius rei cupiditate uocat. Similiter illas intelli& qui quoquis modo quempiam alloquitur. Itē quo gimus uniam is uel omnino uerus est, uel falsus, ueluti quum uerbaliter dicitur anima mortalis est. hic nanque uel ueritas per rōes re inest uel falsitas. reliqui uero neque ueritatem ostē presentati- dunt, neque falsitatem. Enantiatus autem seruuiuersales mo est ille, qui rem uel esse uel non esse ostendit. Cō nec in hoc tinetque in se duo, suppositum & prædicatum. sup discrepat possum est id de quo fit sermo. Prædicatum uero diui. Plato; quod de eo ipso dicitur, ut homo est animal: homo ab Aristot. est suppositum, animal prædicatum. Item anima est Laus utrius immortalis, anima est suppositum, immortalis usq[ue] Philo. uero prædicatum, τὸ μωτερόπ. Possimus qui = Plures ser- dem de generibus & speciebus theologicè loqui, ut monū modi quum quærimus sic. Habet ne apud se generum & specierum comprehensionem deus an non? Item sic. Solus enun- Vtranam uerior est opinio Platonis, qui dicit, ide ciatiuus reas intelligibiles per se existere, ac uerè primas esse esse uel non se essentias. an Aristotle. qui id sedulò pernegat. posso esse ostendit sumus item & naturaliter sic. Fortassis generū ac specierum natura rationes habet. non enim quo modo nix per se frigefacit, ac per se ignis adurit, ita uideri & eam ipsam per se temerè, atque incō- sulto agere, sed ratione potius, & si que agit mi- nimè intelligat, fortassis non habet. Item sic. Vla

rum simpliciter uniuersale aīal & uniuersalis hō  
dicatur esse in multis, an non ē Vtrum cōis quēdā  
substātia posit in singulis cōsiderari cū q̄ sic con  
sideratur diuidi minimē possit, an nō possumus po  
stremo & logicē de iſdē sic. Quae quibus supponā  
tur, quae de quibus prēdidentur. Prēdicantur qui  
dem genera de differentijs ac speciebus, sed nō ecō  
trario, ita nang; coordinata inter se sunt, ut ordinē  
nunquā cōmutent, primo quidē genus, secundo spe  
cies, medio differentia. Et oportet quidē superiora  
prēdicari de inferioribus, ac nō de superioribus in  
feriora. Si n. dicamus, oīs hō aīal, uerū dicemus, sin  
conuerterimus omne aīal hō, falso, quoniam sub  
iectum est inferiori quod erat superior. Itē si dice  
mus sic, oīs equus irrationalis ueri quidē erimus.  
sin econtrario sic, omne irrationalis equus, mētie  
mur: nam irrationalis hic non debuit esse supposi  
tum equo, quēadmodū neq; homini, ut dictū est aīal.

**¶** Quum igitur logicē enunciatiua potissimum  
Enunciatio oīs suppositoq; cō  
ois prēdis staret & prēdicato. Suppositum aut̄ & prēdicati  
eato & sub haberi sine generum & specierū cognitiōe nō pos  
iecto cōstat sent, generaq; & species pluribus modis considera  
rentur. De his inquit λογικωτερόμ, hoc est ut lo  
gici potius consueverunt pertractabo, nō autem ut  
Logicē, rē theologi aut naturales. (Illud autem quemad  
tractare, modum de his ac propositis, λογικωτερόμ,  
seu Metha antiqui pertractarunt.) Logicē pertractare,  
phisiçē. proprie dicitur rerum accidentia querere, natu-

raliter, rerum substantias indagari. Theologicè vero, unde omnia fluxerint, unde res principium habuerint perscrutari. Naturaliter igitur de generibus & speciebus ac reliquis tractare, ut iam diximus, est quum de his quæ sensibus percipiuntur querimus, quemadmodum Aristoteles. Theologicè autem, quum quæ in opifice sunt, perscrutamur: quæ admodum in Parmenide diuinus Plato. Logice vero est, quum enunciatiuas rationes inuestigamus; quemadmodum in hoc libro Porphyrius. In omni autem enunciatione sunt suppositum & prædicativum. Suppositum autem & prædicatum omne aut est genus, aut species, aut differentia, aut proprium, aut accidens. (Quemadmodum de his) generibus & speciebus. (Et de propositis.) reliquis tribus, differentia, proprio, & accidenti: uel potius sic dices Porphy. de his intellexit genus, differentiam, & species, apponens autem illud & de propositis, relia qua duo, proprium & accidens. (Et horum maxime Peripatetici, nunc tibi tentabo monstrare.) Philosophus Porphyrius huius discipline inuentionem non sibi uendicauit, sed ex omnibus, inquit, antiquis, qui de his ipsis logice pertractarunt, Peripatetici quam maxime diligentes fuere.

¶ Peripateticorum autem appellationem hinc ortam ac emanatam esse aiunt. Solebat enim diuinus Plato in academia frequenter cum familiis & amicis inter ambulandum se exercere, ut per exercitatiōem quam magnopere comprobab-

Modestia  
Porphyrii.

Vnde Peri  
patetici no  
men sortiā  
tur.

Dijij

## AMMONIUS

bat corpus aptius ad aīe splendorem suspiciendum  
 efficaret. Artificis enim opus quale sit, plerūque  
 ex instrumentis dignosci solet. Itaque qui cum Pla-  
 tone in academia erāt, à deambulando sunt Peripa-  
 tetici cognominati. Post Platonis uero interitum,  
 Aristoteles ac Xenocrates discipuli gymnasio suc-  
 ceſſere, Aristoteles in Lyceo, Xenocrates in acade-  
 mia. Qui Aristotelem secuti Peripatetici ex Lya-  
 ceo dicebantur. qui Xenocratem Paripatetici ex  
 academia. Mox qui cum Aristotele erant, obſole-  
 ta loci cognominatione, ex actione dicti tantū Peri-  
 patetici. qui uero cum Xenocrate contrā, uocabula-  
 lum ipsum tenuerunt, atque actionis cognominationem  
 perdidere, uocatique Academicī. Conſectu-  
 rus itaque Porphyrius, ut potē Platonicus ex his  
 qui à Platone dicta fuerant, compendiosam institu-  
 tionem. Scripturusque utilē ad prædicamenta Ari-  
 stotelis libellum. demonstrabo inquit quemadmodū  
 de his antiquiores pertractarint, & maximē Peri-  
 patetici. (Videtur autem) d̄ccem sunt ut iam di-  
 cūtū est, generalissima genera, substantia, quantitas,  
 qualitas, ad aliqd, ubi, quādo, ſitus, habitus, actio,  
 & paſſio. Horū ſola substantia p̄ ſe existit. Reliqua  
 uero tanquam ipsius ſubstantiæ accidentia, conue-  
 niunt tamē h̄ec ipſa generis descriptio his omnibus  
 neque dixeris qui conuenire poterit omnibus, quum  
 inter ſe tantopere differant: quicquid enim accide-  
 rit ſubstantiæ, quum uidelicet tanquam genus diui-  
 ditur in ſpecies. Illud idem accidet & reliquis. Diui-

duntur enim & ipsa in species, tanquam genera.  
Aliudque est considerare ea, ut substantiae sunt &  
accidentia. Aliud ut genera generalissima. Quod  
ipsum est commune omnibus.

Quicquid est superio  
ri inerit &  
in se. alicui  
Arist. libro  
iiiij. Topic.

## DE GENERE. CAP. II.

**V**Idetur autem, neque genus, neq;  
species, simpliciter dici.

**B**O ST QV A M Et propositum,  
& libri utilitatē significauit. Ostē  
ditque introductionis modum, quā  
dixit se ab altioribus questionibus  
abstinere, & faciliores uelle conse  
stari. Demonstrauitque, quae altiores, quae simplici  
ores essent. Nunc ad ipsam quam proposuerat di  
ctarum quinque uocum institutionem descēdit. Ac  
rationabiliter quidem primum de genere, tū quia  
ordinem habuit primum, tūn quia plures sub se spe  
cies comprehendit. est autem quam species prius ge  
nus per causam, quanquā ad aliquid sunt & genus  
& sp̄es, sed quedam sunt ad aliquid in quibus alia  
alijs antiquiora, & causas dicimus ut filio patrē,  
quatenus homines causam eē, ac primū asserimus,  
tametsi simulque ad aliqd sunt cognoscantur se se  
que constituant mutuo qua sunt aliquid. nam qua  
ad aliquid referūtur quedam prius substatiæ sint,  
necessē est. Cum igitur ad aliquid relatorum quam  
præexistentem inuenimus uel tempore uel natura

Cur de ge  
nere primo

Relatiua,  
qua sunt  
substantiae  
priora sūt,  
qua uero  
referuntur  
sunt simul  
natura,

AMMONIUS

per causam antiquorem dicimus. Ergo in patre et filio, pater antiquior est, quatenus homo est, quod ipsum substantia est filii substantiae constitutiva. ob id igitur patrem natu dicimus filio grandiorum licet ad se mutuo dicantur. Princeps autem subdito, et doctor discipulo, per solam causam antiquiores, non tempore. nam tempore posteriores quandoque sint subdito princeps, et doctor discipulo. Idem igitur in genere et specie. nam genus et species ad aliquid sunt, ipsa uero ad aliquid substantiae sint prius necesse est. Genus uero non erit quam species prius per rationem temporis, sed per rationem substantiae constitutuum substantiae speciei. Dividitur enim genus in species. Omne autem dividum et natura prius est quam partes, et constitutuum. Per substantiae igitur rationem prius genus quam species. At quecunque per substantiae rationem priora, per causam sunt priora. Genus igitur quod species prius est per causam, meritoque; quoniam antiquius sit speciei et differetiae, ac reliquis praepositum. Similiter namque, ordine et natura utitur in omni generatione. Primo. n semine suscipiens, uitale facit. deinde sensus prebens facit esse animal, deinde animum et cœcupisciendi, facit irrationabile animal, postremo perfectar rationem et facit hominem. Per superbiam igitur rationem genera priora sunt quod species, qua uero mutuo inter se habent in alijs coexistent, et dimouentur genus et species, nomina tantum. Sed si quæsitum fuerit, quare hoc loco de specie mentionem fecerit, ac non est de

Ordo natu  
rae in gene  
rando.

Dubitatio-

differentia & reliquis. Dicemus quod genus & spe Solutio-  
es sunt, ut diximus, ad aliquid. Species n. generis  
est species, & genus speciei est genus, necesse in  
docendo que ad aliquid sunt, docentem alterum mea-  
minisse & alterius. Recte igitur Porphyrius quum  
de genere loqueretur, meminit simul etiam speciei.  
Utitur autem regula quadam Aristotelica, que iu-  
bet, eum qui de aliquo æquiuoco nomine, sub quo  
plura continentur sit locuturus, oportere primū,  
eius ipsius nominis significations explicare, dein  
de in quam significationem loquatur præmonere.  
Consuevit enim plerunque οὐονυμία, id est æqui-  
uoatio, obscuritatem atque errorem ingenerare;  
quum aliam qui loquitur, qui audit aliam eiusdem  
nominis significationem accipiat, uerbi gratia, si  
de cœlesti cane locuturus dixeris sic, canis ortu &  
ocatu fructus discriminat, nisi prius edocueris, de  
quo cane loquaris. certe ambiguitatē facies in  
aīs auditorū. Enumerādo quidē prius erant eius si-  
gnificationes sic. canis aliis est terrestris, marinus  
alius, aliis cœlestis, deinde dicendū, nunc de cœlesti  
loquor, q. idē Porphy. hic facit. Enumerat qdē pri-  
mū significatiōes generis, deinde ostendit de qua lo-  
quatur. illud aut̄ (videtur) nō somniās dixit, sed q.  
apparet. (Simpliceriter dicit) ἀπλῶς simpliceriter qua Simpliciter  
tuor modis intelligitur apud oratores universaliiter iiii. modis  
ἀπλῶς ἀπλῶς, ut universali. dicamus apud Ari. dicitur,  
pprie, ἀπλῶς sevētis, ppria generatio signifi-  
cat, itē imerito, ut cū dicimus simpliciter dominus

Aequiuocū  
rem obscu-  
rā indistin-  
ctam.

seruum uerberat, hoc est indigne, non ex merito;  
 Significat & simpliciter, hoc est absque perplexis-  
 tate, ut quū dicimus si plex sermo uerus, & λόγος  
 igitur hoc loco accipitur in postremā hanc ipsam  
 significationem pro simplici & unica ratione, per  
 inde ac si diceret, genus quidem ac species pluribus  
 modis dicuntur.

**G**enus enim dicitur & aliquorum  
 quodammodo se habentium ad vnum  
 aliquid, & ad seiuicem collectio. Secū-  
 dum quam significationem Romano-  
 rum dicitur genus ab vnius scilicet ha-  
 bitudine (dico autem Romuli) & mul-  
 titudinis habentium aliquo modo adin-  
 uicem eā (quę ab illo est) cognitionem,  
 secundum diuisionem ab alijs generis  
 bus dictum. **D**icitur autem & aliter  
 rursus genus quod est vniuersiusque  
 generationis principium: vel ab eo qui  
 genuit, vel ab eo loco in quo quis geni-  
 tus est. Sic enim Orestem quidem dici-  
 mus a Tantalo habere genus: Hylum  
 autem ab Hercule, & rursus, Pindarū  
 quidem Thebanum esse genere: Plato  
 nemvero Athenensem. Etenim patria  
 principium quoddam est vniuersiusque  
 generationis: quemadmodum & pater.

Heraclida  
rum Hercu-  
eulis.

Hæc aut̄ videtur prōptissima esse significatione. Rōani. n. dñr qui ex genere descendunt Romuli : & Cecropide qui a Cecrope, & horū p̄ximi. Et prius quidem appellatum est genus vniuersitatis que generationis principium , de hinc etiam & multitudine eorum qui sunt ab uno principio , vt a Romulo quod diligentes & ab alijs separantes, dicebamus. omnem illam collectionem . Romanorum genus.

Dicit primam generis significationem, ostenditque id ipsum duos habere relationis habitus, alterum multitudinis ad unum, ut Heraclidarum ad Herculem, quatenus ex hoc dicuntur illi habere genus. Alterum multitudinis ad multitudinem, ut Heraclidarum iter se quatenus alteri alteris dicuntur auunculi & nepotes, illud autem quod ammodo pulchre appositum, eorum enim que sub eodem generi sunt, alius atque alius est relationis habitus, nam uel auunculi sunt aliorum alij uelfiliij uel fratres & eiusmodi. (Heraclidarum dicitur genus.) Dicendo heraclidarum separat id ipsum ab alijs generibus, Tentalidarum, Atridarum & ceterorum. & ab habitu unius & à multitudine habentium quod ammodo mutuam inter se ab illo affinitatem, secundum quod duo rursus suscipiuntur relationis habitus. Vnius ad unum, ut Herculis ad Lycum, &

Prima generis significatione datus habes resolutionis habitus.

causatū ad causā, ut patriæ ad ciuē, ut eū dicimus  
 Quatuor Platonē genere Atheniēsem, Pīdarū uero thebanū.  
 modis habi Sciendū est autē quatuor modis dici habitū, respe-  
 tus dicitur & tu artis, ut præceptoris ad discipulū. Respectu for-  
 tune, ut domini ad seruū. respectu electionis, ut ami-  
 ci ad amicū. Et respectu naturæ, ut patris ad filiū,  
 superiorum autem habitus est respectu naturæ.

Differētia (Secundū diuisionem eā quæ ab aliis generi  
 inter natu- bus est nūcupata.) Intelligendū hoc loco naturā  
 ram & ar rebus oībus significatiuas uoces & nomina præbu-  
 tem in sig- iſſe, ut distincte cognosceremus, hūc uocari hoīem,  
 nificando hunc bouē, hunc equū. Artes uero singulas quiddā  
 res . sibi propriū ac nouitiū excogitaſe, atq; ut aperti  
 us res ipsæ intelligerētur, p̄prijs rebus atq; instru-  
 mētis p̄prijs uoces ac noīa imposuisse. Exempli cau-  
 geometræ cū multas adiuueniſſent triangulorū dif-  
 ferētias. alium. s. habentē tria æqualia latera, aliū  
 duo tantū, aliū inæqualia tria, proprijs uſi ſunt no-  
 minibus, uocaueruntq; illū qui tria æqualia latera  
 haberet iſopleurō, qui duo iſocheles, q; uero inæqua-  
 lia tria scalenō, eiusmōi nōibus uniuersam eorum  
 proprietatem declarātes. Itaq; nomina res signifi-  
 carunt. ( Hæc autem videtur in promptu ge-  
 neris significatio) Paulo obſcurior hoc loco Phi-  
 losophus debuerat nāq; prius quam ad primā ge-  
 neris significatiōne deueniret, significare de quo  
 genere loqueretur: Veruntamen exempla ipsa la-  
 te declarant. Loqui eum de priori ac nō de poste-  
 riori. Videtur, inquit, hæc ipsa generis signifi-

eatio in promptu esse, id est nobis notior, ac consuetudine quadam, usuq; frequentior. In promptu autem ac consuetudine notiorem nobis significatio dicit habitum multorum ab uno, uel mul= torum ad multos. ¶ Sed dubitare quis merito Dubitatio: hic posset. Quam ob causam potius primi generis significationem in promptu dixerit, quam secundi. Quum præsertim hoc ipsum sit multo notius natu= re, quæ semper in uno unum prius facit quam ex multis multos. ¶ Sciendum quod secunda ge= neris significatio, quæ est quo ad nos secunda: Quo ad naturam, est prima. Primo enim ab Hercule fit unus, deinde plures. Prima uero signifi= catio quæ est quo ad naturam; prima: Quo ad nos, secunda. Nam ut semel in uniuersum dicam. Quæcunque sunt priora naturæ, nobis fiunt po= steriora, & a contrario: Quæcunque sunt nobis priora, Naturæ fiunt posteriora. Exempli cau= sa. Priora naturæ sunt primum materia & for= ma, mox quatuor elementa: deinde caro, nerui, ossa, & ceteræ eiusdem generis partes. Postre= mo homo, fertur namque natura semper à super= rioribus ad inferiora. Nobis uero qui resupinè sem nobis sunt, per que inferiora sunt a spicimus, quique à proxi= mioribus ad remotiora, hoc est ab his que ad sunt, ¶ naturæ Aristo.lib. ad ea, quæ longe à corporibus absunt, diduci = prio poste. mur. Primum cognoscitur homo. deinde ex qui cap.ij & li bus oponitur, Ossa, Caro, Nerui. mox quatuor bro.i.phy. elementa. Postremo materia & forma. Quare cap. primo

quæ sunt priora naturæ, nobis semper fiunt in cognitione posteriora, & quæ sunt naturæ posteriora, cognitione nobis fiunt priora. Manifestior igitur generis significatio, prima:immanifestior secunda, meritoque Porphyrius eo modo perdocuit. Etenim in omni præceptione tradenda prius quæ nobis sunt manifestiora. ( Et quod Philosophorum genus, de quo est sermo videtur cū supradictis generibus similitudinem quandam habere.) **D**ubitabitur forsan, quā ob causam quum & aliæ sint generis significations, solam hāc enumerauerit, nam quod & aliæ sint, ostendit Plato qui genera entis in Sophista dixit esse, Substantiam, dura quidem nomina, sed quæ iram in usum uenerunt, identitatem, alteritatem, motū, & statum: **D**icemus hoc ideo factum, quia proposuerat; ut ex superioribus patuit, de his se potius scripturarum quæ pertinerent ad Aristotelem, quam que ad Platonem. Nec naturaliter quemadmodum in Physis, ubi inuenitur subiectam unicuique arti materiam, genus vocasse, ut in fabrili ligna, in medicina, corpora humana. Et in cunctis naturalibus materiali primam. Sed logice, id est quatenus ad logicam uidebuntur pertinere.

**D**ubitatio.**solutio.****Materia**

**subiecta u-**  
nicuiq; arti  
uocatur ge-  
nus.

**A**liter autem rursus genus dicitur, cui supponitur species: ad horum forasim similitudinem dictum, etenim principium quoddam est huiusmodi genus carum

earum quæ sub ipso sunt specierum :  
 Viderur etiā , & multidinem cōtinere  
 omnem specierum quæ sub ipso sunt.  
**A**Tertiam dicit generis significatiōnēm, de qua  
 agitur. Habet autem similitudinem, quandam eorū  
 quæ p̄eposita sunt. Nam quemadmodum prima ge  
 neris significatiō duos quosdam habet relationis  
 habitus . Multorum ad unum , & multorum inter  
 se. Sic & species ad genus. Et inuicem inter se. Item  
 quemadmodum secunda significatiō habet relatio  
 nem unius ad unum , & causæ ad causatum. Sic &  
 genus unius ad unum , ut animalis ad hominem ;  
 & causæ ad causatum. (Fortasse.) Primi quidem  
 nomenclatores quum uellent ut familiæ discernerē  
 tur , hoc heraclidarum uocarunt genus. hoc eaci  
 darum, illum pelopidarum, ad quorum imitationem  
 philosophi sua genera nuncuparunt. Nanque uelut  
 ti Heraclidarum dictum genus id quod uniuersos  
 continet qui ab Hercule sunt procreati. Sic & par  
 ticularium animantium genus dictum uniuersale  
 animal, quod hominem equum, canem , ac cetera  
 cōtineret. **A**Dixit autem. (Fortasse) cū addubi  
 tatione, quia ambiguū uidebatur, utrum ne philo  
 sophi hanc appellationem prius adiuuenissent . An  
 nomenclatores. Plærūque etenim à nomenclatoriis  
 bus philosophis , & à Philosophis nomenclatores  
 deprehensi rerum denominatiōes accepisse,  
**C**Tripliſciter igitur cū genus dicatur  
 de tertio apud Philosophos sermo est,

Tertia ge  
neris signia  
ficiatio.

LIBROS  
 DEL DR.  
 L MARCO

quod etiam describentes assignauerit; genus esse dicetes quod de pluribus & differentibus specie in eo quod quid est praedicatur, ut animal.

**A** Postquam enumerauit Porphyrius generis significatio[n]es. Dicit tertium e[st] genus q[uod] à Philosophis consideratur (quod & describentes assignauere) Dicendum est nobis hoc loco qd sit descriptio. Et quid diffinitio, que[rum] inter utr[um]q[ue] differentia. Mox & quare per descriptionem genus ipsum edocuerit, ac non per diffinitionem, quum diffinitio subiecta rei substantia ostendat, ac propria complectatur nihil de alienis admittat. In omnibus quidem rebus et uestiis inest et plura. Proinde unumquodque uel per nomen significatur, uel per orationem. Per nomen ut quum unum aliquod dicimus sic homo. Per orationem quandoq[ue] quid multiplex significamus. Sic homo dicit rationale mortale. Qui sermo si ex his fuerit, que rebus (ut dicam) substantialiter inexistunt, uocabitur diffinitio uti hoc, homo est animal rationale mortale. Sin uero ex his que adueniunt, descriptione. uti hoc, homo est animal, quod recte incedit. latos ungues habet, et manibus utitur. Aduentia Differetia sunt quidem hec atque coincidunt in substantiam inter diff[erentia] hominis, sed non componunt perfecte hominem, si nitione & cuti superiora. **D**iffert autem diffinitio à descriptione. Quod diffinitio ex substantia re ostendit. Descriptio ex accidentibus. **D**icta autem

ποσφαφή . Descriptio , quasi σκιαγραφία , hoc  
est umbratilis pictura , quam uulgo designatio-  
nem vocant . Ut enim que in tabulis fiunt umbrae ;  
quid imago ipsa representet , ostendunt ; non ta-  
men perfectè , quemadmodum pictura , ita ex de-  
scriptio quid res sit docet , non tamē perfecte quæ-  
admodum diffinitio . Eritque diffinitio simillima  
picturæ expressæ . Descriptio uero adumbratili .  
Quum itaque omnis diffinitio ex genere suscipia-  
tur ac constitutiis differentijs . Generalissimique  
generis non sit genus ; ac consequenter neque dif-  
ferentia ; ex quibus potuisset diffiniri . necessario  
quum diffinitionem non inuenisset , confugit ad de-  
scriptionem . Semper enim quas non possumus  
res diffinire , describimus . Diffinitionem au-  
tem generi cur non assignamus multæ sunt causæ .  
Cur gene-  
ri nō sit as-  
signanda  
Primum quia ut supradictum est de quo loquimur  
uniuersale est , atque omnibus potest alijs gene-  
ribus adaptari , nec ullum habet supra se genus ,  
et consequenter neque diffinitionem quæ ex ge-  
nere constat et constitutiis differentijs . Constitu-  
tiue autem differetiae , nunquam poterunt esse , si  
non sit genus . sunt enim ea specierum diuisiue , spe-  
cies autem ipsæ generum , ut paulopost dicetur , eu-  
ius quidem non est genus nunquam et constitutiue  
eius erunt differentiae . Deinde quia genus ipsum  
equiuocum . Decem quippe modis apud Aristos-  
telem dicitur genus . Acquiuoca autem diffiniri  
non possunt , qui simplices sint tantu uoces à rebus

ad quinq;  
prædicabi-  
Vniuersale  
analogum ,  
ad quinq;  
Genus dici-  
tur . x . mōis

que per ipsas significantur differentes. Diffinitio enim solam rei substantiam ostendit. Quorum quidem diffinitiones eadem, eorum et res quoque necessar est esse eadem. Non igitur est in aequiuocis communem

**Ex Porph.** omnibus diffinitionem assignare. Significamus autem ipsa per descriptionem. Possunt enim in his que per substantiam differunt, eadem accidentia esse, ut in hoc loco, ubi quum multa sint que per substantiam differunt genera, unus atque idem omnibus accedit respectus ad comprehensas sub ipsis species, per quem alia vocantur genera alia et species. Generalissimi igitur generis Porphyrius ideo non diffinitionem tradidit sed descriptionem, ut omnibus decem generibus id conueniret. Fortassis autem hoc loco quispiam quiescerit sic. Si aequiuoca non diffiniuntur, quum tenues sint voces, ac diffinitio substantiam significare soleat, cur ergo describimus? Descriptio quidem ipsa per accidentium cōcursus subiectam solet substantiam significare. ducitq; nos in notitiam substantiae cui accidentia. Quare unam

**Dubitatio.** In his que aequiuocorum descriptionem assignando in subiecta substantiae notitiam deueniemus. Inuenienturq; siam difference non solum nomina, sed et res eadem. quo quid abrūt, eadem surdius inuenientur quidem decem ipsa genera esse eadem substantia, quantitas, et reliqua, quibus se accident omnibus est aequiuocum genus. Eiusmodi sane dubicitas poterat a nobis propulsata uideri, quando dicta descripcio. Posse in his que per substantiam differret eadem accidentia esse, per quae descriptio fieret. Ac

eedit igitur & decē prædicamentis ad ea quæ sunt  
 sub ipsis eundem respectum habere. Nam sicut subs-  
 tantia quæ corporeum & incorporeum complecti-  
 tur, genus est harum ipsarum specierum, corporei  
 & incorporei. Sic & quantitas duarum specierum  
 continue atque discrete comprehensiva est genus.  
 Sic & qualitas & ceteræ quæ plures sub sc̄ specie-  
 es comprehendunt. idem ergo respectus omnibus  
 accidet prædicamentis. Neque uero mirum esse de-  
 bebit si quum diuersæ alicuius substantiæ rebus una  
 dari posit descriptio. Non posse res ipsas descrip-  
 tas facere esse easdem: semper enim id ipsum de plu-  
 ribus prædicari, idem inest decē generibus, de plu-  
 ribus inquā non de tot & talibus. Aliud enim si eue-  
 nerit prædicabitur de quatuor speciebus, aliud de  
 duabus, aliud de hisce uel illis, omniaque erūt & qui  
 uocæ, ac de pluribus, non autem de hisce ex illis pre-  
 dicabuntur. Descriptio autem omnis uel ex etymo-  
 logia suscipitur, uel ex accidentium concursu, quæ  
 & propriæ descriptio dicitur, ex etymologia, sic,  
 ἀνθρώπος homo, id est quod potest, ἀνω καθόμητος  
 que superiasunt aspicere, uel & νοέωρε πάσι τοῖς  
 περ contemplari ea quæ uidit, ut alij interpretetur  
 ἀνω εχομένοις πάσι. Quod sublimē habet mul-  
 tum ex accidentium autem concursu sic. Homo est  
 animal quod recte incedit manibus utitur, & latos  
 ungues habet, ut supradictum est, & eiusmodi. Di-  
 finitio uero omnis uel ex materia suscipitur, uel ex  
 specie, uel ex utroque simul. Ex materia, ut quum

Ex quibus,  
fit descrip.

## AMMONIVS

Diffinitio, iram dicimus esse ebullitionē sanguinis circa cor : ex quibus Ex specie sine fine ut quum dicimus iram esse ulciscendi appetitionē. Ex utroque simul sic, ira est ebullitionē sanguinis circa cor, propter ulciscendi appetitionem: uerum quando ex sola materia, uel ex sola specie suscepta fuerit diffinitio, imperfecta, quādō autem ex utroque simul perfectissima. Perfectissima igitur diffinitio erit ea quae cōstatbit ex genere. & constitutiis differentijs. Cōtinet enim materia rationem genus, speciei autem differentia. Hęc igitur diffinitio ex medijs est rebus, neque enim prima genera habet neque ultima, neque & constitutiis differentias, sed species ; quarum utpote indiuīduorum descriptiones tradūtur ac nō diffinitiones. Exempli causa sic. Socrates est filius Sophronisci Atheniēsis, Philosophus, uētrosus, calvus, simus, &c. Qui cūq; autē dicit generalissima genera cōstitutiis habere differentias, haud quidē recte dicit, quippe quae nō cōstitutiis habet differentias, sed diuisiūas. Si enī oē constitutiū antiquius est eo quod per ipsum cōstituitur, ut paulo āte dicebamus, cōstitutiū quidē aliquorū differentiæ multo prius adiuuentur diuisiūas, q; generalissima genera uerbi causa. Rationabile & mortale constitutiua hominis. Item mortale & irrationalib; constitutiua equi diuidit suū genus animal. Animal enim ipsum diuiditur in rationalib; & irrationalib;, in mortale & non mortale. Pulchra ergo dictum est, constitutiua aliquorum differentias, antiquiores esse his quae con-

stituuntur, Generalissimoq; genere prius esse nihil.  
 Manifestū ē ergo nō irrationabiliter id à Porphyrio factum, ut genus edocēdo describeret id potius  
 quē diffiniret. Verū cū uero ut intelligamus,  
 quā sit, aut unde suscepta huiusmodi descriptio.  
 Rem paulò altius repetemus. simulq; demonstrabi-  
 mus nō casu à Porphyrio harū quinque uocū p̄cep-  
 tionem traditā, sed necessario, omnemq; aliam  
 uocē sub harū aliquam deduci oportere, sic. Vocū  
 aliæ nō significatiæ, ut Cnax blitri. aliæ uero si-  
 gnificatiæ, significatiæ uel de uno dicuntur, ut  
 quum dicimus. Socratem, Platonem, uel de pluri-  
 bus, que de pluribus diciuntur, uel substantialiter,  
 ut supersubstantialiter, que substantialiter uel in  
 quo quid est. uel in quo quale quid est. Si in quo qua-  
 le quid est, erit differentia. si uero in quo quid  
 est, uel de differentiis specie ut genus, uel de diffe-  
 rentiis numero, ut species. Que autem supersub-  
 stancialiter uel de una specie prædicantur ut pro-  
 priū, uel de pluribus ut accidens. Ex qua diuīsione  
 apparet omnē uocem necessario sub hisce quinque  
 uocib⁹ contineri, neque pluribus, neque pauciorib⁹  
 bus. sed apertius sic. Vocū aliæ sunt nō significati-  
 ae, aliæ significatiæ. Significatiuarū, aliæ de uno  
 prædicantur, aliæ de pluribus. Que de pluribus  
 predican-  
 tur, sunt hæc, genus, species,  
 differentia, proprium, atq; accidens.

Vocum dia-  
uisio.

Sufficiētia  
quinq; p̄e-  
dicabiliūm



## AMMONIUS



Superioribus uero dimotis,  
et quae nihil significat, et  
quae de uno prædicantur, re  
manebunt quinque solæ uo-  
ces, quæ uidelicet de pluri-  
bus dicuntur. Dimouentur  
autem nō significatiue, ut  
pote, quæ nihil ad cuiuspiā

de uno de pluribus  
genus, spe-  
cies, drīa; p  
riū, accid.

rem conferant, nec Philosophis modo, sed et grā-  
maticis, et rhetoribus inutiles. Dimouentur et quæ  
de uno prædicātur, qæ particulares sunt uoces, par-  
ticulariaq; oīa infinita atque incomprehensibilia  
ueniunt in Philosophorum considerationē, qui nō  
omnium rerum certam habere sciētiā promittūt.

Scientia enī hoc est εωισχυή, ut Platonicus So-  
crates in cratyllo interpretatur, dicta quod in sta-  
tum, certumque nos rerum finem perducat, quā rē  
quum particularia efficere nullo modo possint, ac  
que de uno prædicātur uoces de particularibus so-  
lis prædicētur, iure merito abiciūt, remanebūtq;  
hae quīq; sole uoces, genus, spēs, drīa, propriū, et  
accides, sub quibus oīa cōtinebūt, licet motū, li-  
cet ifinitū obieceris. Hęc qdē in diuisiōe generatē  
dicta. Rursus eadē copiosius atq; eidētius sic. Vo-  
cū alię qdē sunt non significatiue, ut cnax blitri,  
alię uero significatiue. De nō significatiuis nullus  
nobis ē sermo, ut pote de his qnæ de nullo dici præ-  
dicariue possunt. Significatiuarum autem alię de  
uno dicūt, ut Socrates Plato. Alię de pluribus, ut

Alia diui-  
sio.

genera, species, differentiae, propria, atq; accidētia.  
 De his autem quæ de uno dicuntur, utpote particu  
 laribus nulla, ut dictum est apud Philosophos meno  
 tio. Earum uero quæ de pluribus prædicantur, aliæ  
 substantialiter ut genera, differentiae, ac species,  
 aliæ uero non substantialiter ut propria, & accide  
 tia, hæc enim subiectæ materie substantiam non co  
 plent ut superiora. Earum rursus quæ substantiali  
 ter prædicantur, aliæ de differentibus specie, ut ge  
 nera & differentiae, aliæ de differentiis numero so  
 lum, ut indiuidua quæ quidem differunt inter se nō  
 specie, sed materia ac numero: uerbi causa. flan  
ius equis à maculoso, specie non differt, sed mate  
ria ac numero. item, denarius componitur ex decem  
unitatibus non quidem compactis, sed disiunctis, nū  
quam enim ex coniunctis decem unitatibus dicetur  
componi denarium. Habemus tandem ex hoc & gene  
ris, & speciei, & differentiae differentiam, differunt  
 autem inter se sic. Species de differentibus numero.  
 Genus uero ac differentia de differentibus specie,  
 prædicantur. Item, quæ in quo quid est prædicātia  
 faciunt genus, in quo quid est prædicari dicemus.  
 interrogati enim quid est homo, respondebimus a  
 nimal, quod quidem est genus. diceturque genus in  
 quo quid est prædicari. In quo autem quale quid ē  
 prædicari dicimus differentiam, ut si interrogati  
 quale est animal homo, respondeamus rationabile,  
 quod erit differentia. diceturque differentia in quo  
 quale quid est prædicari. Apparetque ex his que  
Individua;  
quando dif  
ferant iter  
se.  
Quid pre  
dicari in  
quid.  
Quid pre  
dicari in  
quale:

sit inter genus ac differentiam differentia, differunt enim hoc ipso quod genus in quo quid est. differentiae in quo quale quid est praedicatur. Earum uero uoces, quae non substantiales sunt, aliae in una quadam specie insunt ut propria, aliae in pluribus ut accidentia, ex qua divisione patet eorum diversitate. differunt. n. et q. pro sub uno et duobus. Manifestum ergo est necessario oem uocem substantiam aliquam deduci oportere, posseque et nos unam quamcumque rem et describere et diffinire, eligentes quam ad cuiusque rei traditionem pertinere videbuntur, quemadmodum et ipse fecit Porphyrius quem dixit. (Genus est quod de pluribus & de differentiis specie in quo quid est praedicatur.) Dicendo de pluribus separavit id ab individuis, que de uno solo dicuntur: dicendo autem (De differentiis specie) separavit id a specie et proprio, dicendo (Quod in quo quid est praedicatur.) Separavit id a differentia atque accidenti, copiosius certe et divisionem et uocem ipsarum differentiarum ostendimus. simulque etiam necessitatem, qua coactus Aristoteles fuit hisce solis quinq; uocibus uti, neque pluribus, neque paucioribus. Nam quum septem omnino essent, ut monstratum est uoces, dimotis diuibus, et que nihil significant, et que de uno praedicitur, quinq; tantum reliquae erunt. Porphyrius autem nihil hoc loco curans declarare, cur tantum quinque his uocibus usus fuerit Arist. sed solummodo differentiam eorum ostendens, angustiorem hanc fessum habens.

icit diuisionem. Significatiuū uocum aliæ de uno dicuntur, aliæ de pluribus, relicta superiori parte. Que de diuisionis, que de uno prædicantur sunt īdiuidua, pluribus. ut Socrat. Plato, Alcibiades, quæ de pluribus. aliæ Que de quidem de differentibus specie, aliæ de differentia uno. bus numero. quæ de differentibus specie sunt genus differentia, & accidens, genus quidem animal prædicator de pluribus speciebus, hominis, equi, canis, & cæterorum. Differentia rationabile de diis & hominibus. Mortale, de irrationabilibus, equo, cane camelo, & id genus cæteris. Accidens de pluribus speciebus prædicatur, de albedine, de nigredine, & de eo quod est stare uel sedere. Que uero de differentiis numero prædicantur, sunt & proprium, & species. Earum rursus quæ de specie differentiis prædicantur, aliæ in quo quid est, aliæ in quo quale quid est, ac quomodo habens est, in quo quid est genus, in quo quale quid est differētia, & quod separari non potest accidens, in quo autem quomodo habens est, quod potest separari. Interrogati enim quomodo se habeat Plato, dicimus uel ergo-  
 tat, uel sanus est, uel stat, uel sedet, & eius generis cætera. Addubitantibus autem sic, si sub uocem tanquam genus adducuntur hæ quinque uoces, & sub has genus, erit quidē generalissimi generis genus, quod ualde absurdum. Dicemus non tanquam res genera sub hanc diuisionem uenire, sed tanquam uoces. Generalissime quidem res nunquam sub aliquod communius adduci possunt.

Intentio est  
 sub qua qn  
 q; prædicā  
 bilia prædi  
 cantur, non  
 at ipsæ res  
 per naturā  
 rerum.

**E**orum enim quæ prædicantur, alia quidem de uno dicuntur solo, sicut individualia, ut Socrates, & hic & hoc: alia vero de pluribus quæadmodum genera, & species, & differentia, & propria, & accidentia communiter sed non proprie alicui. est autem genus quidem, ut animal. species vero, ut homo. differētia autem, ut rationale. propriū, ut risibile. accidēs: ut album, nigrum, sedere.

**D**eclarat quemadmodum tradita generis descriptione, separat idipsū ab oībus alijs. (Hic & illæ). Hec quidem particularia sunt & de uno solo dicuntur, demonstrātes enim semper dicere consueuimus hic & iste, illud & illud. Ac pulcherrimè quidem Philosophi de particularibus loquentes hoc dicendi genere usi sunt, quippe quod & demonstrationi & sensui mirificè conuenit, ac multo melius, quæ quum hominem vel animal in uniuersum demonstrando disimus, uniuersalis homo & uniuersale animal, quæ quum in opifice solo sint, neque in demonstrationē, neque in sensum cadere ullo modo possunt. Pulchrae igitur eiusmodi demonstrationis genere in singulis usi sunt non in uniuersalibus. Dicuntur autem individualia, quia neque in similes, neque in dissimiles formas secari possunt, quemadmodum genera, & species, sed simul secundo corrumpuntur. Animal etenim in me solo dictum non est commune alijs, sed

Quare di-  
cta indi-  
vidua.

mihi soli adscriptum . Similiter et rationabile , ex quibus compositum , homo designabitur . ( Et accidentia communiter , non autem proprie alicui . ) ueluti albedo et nigredo . De pluribus enim particularia non dicuntur . ut in hoc corpore albedo , et in Vlysse cicatrix , ex qua eum nutrix cognouit , in erat nanque Vlyssi soli , aliter enim cognouisset eum ex ea nunquam , si et alijs inhæsisset , atque icecirco dixit . Communiter accidentia , non autem propriæ alicui inherentia , hoc est uniuersalia , non autē particulacia . ( Est autem genus ut animal , species vero ut homo . ) Dilucidissimam rem ipsam facit ; quasi exemplo nos docens unanquam uocē .

**C**Ab ipsis igitur quae de uno solo praedita differunt genera : eo quod haec de pluribus praedicatur . Ab ipsis autem que de pluribus , a speciebus quidem : quoniam species etsi de pluribus praedicatur , non tamen de differentibus specie , sed numero . homo enim cum sit species , de Socrate & Platone praedicatur , qui non specie a se inuicem differunt : sed numero . animal vero cum sit genus de homine , & boue , & equo praedicatur , qui differunt a se inuicem specie , non numero solum . A proprio vero differt genus , quoniam proprium quidem devna sola specie cuius est proprium praedicatur ,

& de ijs (quæ sub ipsa specie sunt) in die  
uiduis. quemadmodum risibile de ho-  
mīne solo, & de particularibus homībus  
genus autem non de vna specie prædi-  
catur: sed de pluribus & differētibus.  
A differentia vero, & ab ijs quæ cōmu-  
niter sunt accidentia differt genus, quo-  
niā & si de pluribus & differentiis  
specie prædicantur differentiæ, & com-  
muniter accidentia, non tamen in eo q̄  
quid est prædicantur, sed in eo q̄ quale  
quid est. Interrogantibus enim aliqui-  
bus, quid est illud de quo prædicantur  
hec, genus respondebimus, differentias  
autē & accidentia non respondebimus.  
non enim in eo quod quid est prædicantur  
de subiecto, sed magis in eo q̄ qua-  
le quid est. Interroganti enī quale quid  
est homo: dicimus quod rationale, &  
in eo quod quale quid est coruus, dicim-  
us quod nigrum. est autem rationa-  
le quidem differentia, nigrum vero ac-  
cidens. Quando autem quid est homo  
interrogamur, animal respondemus,  
est autem homini genus, animal.

¶ Ostendit quemadmodum tradita generis dīf-

finitio, siue descriptio separet genus ipsum ab alijs prædicatio  
 oībus, prædicatur n. genus de pluribus & de diff̄ē generis.  
 ferentibus non nūero solū, sed & specie, sp̄es aut de prædicatio  
 differētibus solum nūero. Sed age unāquang; uocē speciei.  
 diffiniamus sic. Genus est uox significatiua, que de  
 pluribus & de differētibus sp̄e in quo quid est pre-  
 dicatur. Driā est uox significatiua, que de pluris  
 bus & de differentibus specie in quo quale quid est  
 prædicatur. Species est uox significatiua que de  
 pluribus & his que differunt nūero in quo quid est  
 prædicatur. Propriū est uox significatiua supersub-  
 stātialis que de una sola sp̄e prædicatur. Accidens  
 est uox significatiua supersubstantialis, que de plu-  
 ribus; & de his que specie differunt in quo quale  
 quid est, uel in quo quum habens est prædicatur.  
 (Animal aut genus, de hōīe, & equo, & boue  
 prædicatur, qui non numero solū, sed & spe-  
 cie inter se differunt.) Sciedū quecunq; inter se  
 specie differunt, eadē differre & nūero, ac nō exdi-  
 uerso, que nūero differūt, differre ea ēt sp̄e quippe  
 quoniā cōmutari non pōt sermo. Intelligere autem  
 oportebit hoc loco, idē tripliciter dici, idē genere,  
 idē sp̄e, idē & nūero. genere, ut hō, equus, canis, &  
 bos. Oēs. n. animalis genere ijdem sunt, specie, ut So-  
 erates, Plato, Alcibiades, hominis specie ijdem. nu-  
 mero, ut homo mortalis, ensis & gladius, uniuoca.  
 Si igitur idem triplici ratione dicitur, necessario  
 & rursus diuersum triplex erit, nāque uel alia ab  
 alijs genere differunt; uel specie, uel numero: que

Differētis

 Aristot.lib.  
 i.topico. ca-  
 pite. iiiij.

boni

que genere differunt, different specie ac numero.  
 uerbi causa. genere inter se differunt homo & al-  
 bum. homo enim animal est, album uero quale dif-  
 ferent & specie: alia namq; species est hominis, alia  
 albi. homo enim species est animalis, album uero co-  
 loris. Different quinetiam & numero: aliis enim à  
 Platone Socrates, aliis à Socrate Alcibiades. Re-  
 cè igitur à nobis dictum, quæcunque inter se gene-  
 re differunt, differre eadem specie & nūero. Quæ  
 autem specie differunt & numero, non amplius au-  
 tem & genere. uerbi causa, homo equus differunt  
 inter se specie, alia quidē species hominis, alia equi  
 different etiam & numero. Alia enim substantia  
 equi, alia hominis: genere autem nequaquam am-  
 plius different, uterque enim animal est. Quæ nu-  
 mero differunt, neque genere, neque specie, ampli-  
 us inter se different. Atque iccirco dixit, qui nō nu-  
 mero solum, sed & specie different, ac si in aper-  
 to eset, quæ specie inter se different, differre eadē  
 & numero. (A differentia vero & a communi-  
 ter accidentibus, differt genus.) A differentijs  
 inquit, & ab his quæ uniuersalia sunt accidentia,  
 differt genus, quod illa in quo quale quid est, uel  
 quo modo quid habens est prædicantur, genus uero  
 in quo quid est. Ab his autem quæ in quo quid est  
 prædicantur, à specie uidelicet & proprio differt  
 genus. à specie, eo quod hæc de pluribus & de dif-  
 ferētibus numero prædicatur, genus uero ipsum  
 & de piuribus & de differētibus specie. A proprio  
 eo quod

eo quod hoc uni soli ipsum uero multis cōuenit spe  
ciebus, dicens itaq; (Quod de pluribus dicitur)  
Separauit ab iđiuiduis quæ de uno solo prædicātur  
**C**Quare de pluribus prædicari diuidit  
genus ab ijs quæ de vno solo eorū quæ  
sunt indiuidua prædicantur, hoc uero  
de differentibus specie: sepat ab ijs quæ  
sicut species prædicantur, vel sicut pro  
pria, in eo autem quod quid est prædi  
carit diuidit a differentijs & communiter  
accidentibus, quæ non in eo quod quid  
est, sed in eo q; quale quid est, vel quo  
modo se habet vñunquodque, prædicā  
tur de ijs de quibus prædicantur.

**A**Breuiiter dilucideq; ostendit, quo modo unum  
quodq; prædictorum in generis descriptione decē  
ter contineatur. Illa enim non in quo quid est, sed in  
quo quale quid est, uel quo mō quid habens est præ  
dicantur. Interrogati enim quomodo se habet So  
crates, respondebimus uel ægrotat, uel sanus est:  
sunt enim & aliae differentiæ præter accidentia,  
ut simum esse caluum, uentrosum, & eiusmodi, di  
cens autem quod in quo quid est prædicatur, sepa  
ravit genus à differentijs & à communiter accide  
ntibus, quæ nō in quo quid est, sed in quo quale quid  
uel quomodo habens est prædicantur. atq; in quo  
quale quid est, differentia, in quo autem quim ha  
bens est, communiter accidentia. Nonnulli autem di

cunt quod cum dicit, uel quum habens est: comple-  
titur, & quæ propriè alicui insunt accidentia, dici  
mus quidem & nos in quo quum habens est, ea præ-  
dicari, sed tamen ex his esse que de uno dicuntur.  
Separauit itaque genus ab his quæ præposita sunt,  
dicens autem de pluribus prædicari, distinxit ab his  
que de uno solo dicuntur, individuis.

**C**Nihil igitur superfluum, neque mi-  
nus continet, generis dicta descriptio  
notionis.

**D**Diffinitiones omnes uni tantum rei conuenire  
debent, ipsamq; rem totam complecti. Distæ i circa  
quod rem quæ diffinitur comprehendant ab agro-  
rum finibus, ut initio dictum est per translationem  
denominate. Fiuit autem uitiosæ diffinitiones duo-  
bus modis, uel quum superabundant, uel quum defi-  
ciunt, ac perbellè quidè à Philosophis dictum unā-  
quaq; mediocritatem duas habere adiunctas sibi ex-  
tremitates, defectum & excessum: uerbi causa. Iusti-  
tia uirtus una, habet utrinq; & defectum & exces-  
sum. Deficit enim qui minus iuste quam oporteat,  
agit, excedit qui plusquam oporteat facit, atq; ille  
iniustus, hic crudelis nominabitur. Fortitudini quo  
que duo adiacent, hinc quidem timiditas, illinc te-  
meritas. Item & pudicitiae, hinc stoliditas, illinc in-  
temperantia. Stolidus is est, qui minus in Venerem  
concitatur. Intemperans uero, qui petulanter ma-  
gis ac magis, prudentiae itidem imprudentia, hinc

Diffinitiōis  
officium.

de se nimia credulitas, ac quemadmodum in his, sic  
 & in diffinitione, illa quidem erit optima diffini-  
 tio, quæ propriè rem ipsam undiq; complectitur, ne  
 que aut de suo quicquam relinquit, aut de alieno si-  
 bi quicquam assumit. Apponuntur autem huic quæ  
 admodū virtutibus, hinc defectus, illinc excessus, ut  
 neq; deficiat, neq; supersit quicquā. Super abundan-  
 tes enim diffinitiones rem faciunt deficere, deficie-  
 tes uero abundare: uerbi gratia. hoīis diffinitio hec  
 aīal rōabile mortale, separat hoīem ab alijs oībus,  
 cōpleteaturq; ūneis hoīes, quæ tamē si qua defecerit  
 rem faciet superabūdere sic, aīal mortale, nō. n. so-  
 lus hoī aīal est mortale, uerū etiam & equus & ca-  
 nis atq; alia multa: si qua uero abundauerit, res de-  
 ficiet sic, aīal rōabile grāmaticum, ea. n. nō oēs hoī-  
 mines cōprehendit, sed solos grāmaticos, & quidē  
 rōabiliter, nā quæ cōpositioria sunt magis coarcta-  
 tur, quæ uero simpliciora, dilatātur, ac super pluri-  
 bus extēduntur, utpote p̄rīo atq; uniuersali rerum  
 oīm p̄cipio, p̄ximiora. Atq; i cīrco aīal ipsum per  
 se fertur in plura, cōpositū aut cum rōibili in pau-  
 ciora, rōibili item aīal mortali adiunctum, adhuc  
 cōpleteatur pauciora. q; si & grāmaticū appona-  
 tur, adhuc multo pauciora. Deficientes igitur diffi-  
 nitioes faciūt rē superabūdere, superabundantes  
 uero deficere. Hæc itaque significans Porphyrius,  
 dicit traditam generis descriptionem, ab hisce  
 duobus, quæ diffinitiones uitiare solent, longe  
 abesse, neque enim superabundans facit ipsam

## AMMONIVS

rem deficere , neque deficiens superabundare .

**D**ictum est tripliciter dici genera , alia quidē  
**Vt sunt ip** ante multa, alia in multis, alia super multis, quæ  
**se int̄ctōes** posterius genita & intellectualia vocari diximus ;  
quod in solo insint intellectu. Propositū autem Por-  
phyrio erat, non de his quæ ante multa, aut in mul-  
tis essent, uelle differere, sed de his solum quæ super  
multis, hoc est de generibus his quæ nostro intellec-  
tu concipiuntur. dixit igitur (Notitiae,) hoc est,  
ut ita dicam, intellectualis generis. Intellectualis au-  
tem genus est, quando ex eadem notitia rem diffi-  
niuimus, qua concepta ab intellectu fuerit. ut si con-  
cipiamus propria notitia hominem, ex eademq; ser-  
mocinabimur esse, animal rationabile mortale. Dis-  
cit igitur Porphyrius nihil superfluum, nihil uéni-  
nus ab hac notitiæ generis descriptione contineri.

## DE SPECIE , CAP. III.

**S**Pecies autem dicitur quidē  
& devnius cuiusque forma,  
secundum quam dictum est,  
prima species digna est im-  
perio. Dicitur autem spe-  
cies & ea quæ est sub assignato genere,  
secundum quod solemus dicere homi-  
nem quidem speciem animalis, cum sit  
genus animal, album autem coloris spe-  
ciem, triangulum vero figure speciem.



OST GENE= on ordinis  
nominis  
ris expositam ratio= nominis  
nem omnem, de spe= nominis  
cie nunc loquitur.  
Quanquam hunc si= nominis  
bi ordinem uendica= nominis  
re debuerint differē= nominis  
tie, sed quoniam ge= nominis  
nus & species sunt Quare tra-  
ad aliquid, simulq; ctatus spe-  
& existunt & intelliguntur, non irrationabiliter ciei prece-  
primum de specie habita ratione præceptionis nō dit tracta-  
naturæ quum præsertim in genere, fecisset mentio- tum diffe-  
nem speciei, nec diu suspensus auditor erat tenen- rentie.  
dus. Utitur autem hoc etiam loco illa; quam dixia-

mus Aristotelis regula. Primum n. enumerat speci-  
ei significationes. deinde determinat de qua sit lo-  
cutorius. Sunt uero & aliæ eius significationes. sed  
his ipsis relictis, eas tantum memorat, quæ ad logia-  
cum tractatum pertinere uidebantur. Dicit itaque  
duplicem esse speciei significationem, alteram pul-  
chritudinis, ut quum dicitur speciosus, puer formo- Duplex spe-  
sus, alteram eius que generi subiectur, & de qua ges- ciei signifi-  
nus i quo quid est prædicatur: quæ diffinitio & spe- catio.  
cialissimæ est speciei & non specialissimæ. (Dici-  
tur autem & aliter species, quæ de pluribus  
& differentibus nūero in quod quid est præ-  
dicatur.) Quoniam horum nominum significatio-  
nes, specialissimæ uidelicet, & nō specialissimæ spe-

ciei nondū apertæ in cōsuetudinē uenerat . Progre  
 Diuisio no dīes declarat , per primā prēdicamentorū substan  
 tatu digna tiā, quæ propriè & res, & generalissimū est genus  
 cetera eius tanquā accidentia: suscipit igitur sub  
 stantiā ex qua cōnectit catheñā hmōi. Substatiā alia  
 corporea, alia incorporea. corporeū aliud est ani  
 mans, aliud nō aians. Animās, aliud est aial, aliud  
 planta, aliud q̄ utriusq; naturae particeps est zoot  
 phyton uiuēs planta. aial aliud rōale, aliud irrōale  
 Zoophyta Rationale, aliud dēmon, aliud hō. Generalissimum  
 seu amp h y igitur genus est substatiā, spālissimū hō, itermedia  
 bia. aut & genera & species. species quidē respectu su  
 periorum, genera uero respectu inferiorū. Cōiter  
 aut oēs species, & specialissime & subalterne, sub  
 priori descriptiōc cōtinentur, quæ erat, spēm cē cā  
 qua generi subiicitur, & de qua genus i quod quid  
 est prēdicatur. Vtraq; n. diffinitio subiecto eadē  
 Multa esse est, ac sibi similis, nec nisi habitu differētes. Multa  
 eadē subiec nanq; sunt subiecto eadem, quæ tamen habitu diffe  
 rentia & ha- rūnt, ut ascensus & descensus, subiectū idē habet sca  
 bitu diffe lam, differunt aut inter se solo habitu. Descensus. n.  
 rentia. nihil aliud est quam de superioribus ad inferiora,  
 declive iter. Ascensus uero de inferioribus ad supe  
 riora regressio, similiter in semente & fructu, suba  
 iectum idē, habitus uero diuersus. Differunt itaque  
 supradictæ speciei descriptiones, inter se hoc quod  
 altera à genere incipiens desinit in speciem, altera  
 à specie in genus differētes solo habitu. subiecto ea  
 dem. Incipit autem à notiori significatione, proa


pterca quod similitudinem quandam habet speciei huius, quæ est apud Philosophos, quem admodum enim species quæ pro forma capitur, comprehen- dit singularium partium ac membrorum in corpo re pulchritudinem, sic et species quæ est apud Phi losophos, particularia. (Species autem dicitur, & de vniuerscuiusque forma.) Quomodo supra de genere quum loqueretur, priusquam edocuisset de quo genere agebatur, equiuocationem distin- xit, edocuitq; uarias generis significationes, ita et hic primo distinguit, deinde qualis sit de qua agi- tur speciei significatio ostendit. (Dicitur autem species & ea quæ genere subiicitur qua sig- nificatione hominem dicere consueuimus spe- ciem animalis, album speciem coloris, trian- gulum speciem figuræ.) Tanquam in exemplo nos docet, quomodo de qua agitur species sub ge- nus deducatur, suscipitq; triangulum et figuram, figuram ut genus, triangulum uero ut speciem.

¶ Nonnulli tamen dicunt, figuram trianguli ge- nus, et triangulum figure speciem improprie cas- pi oportere, quod probant sic, in quibus aliquid pri- us posteriusq; est, quod communiter de his predia- catur non est genus. At qui triangulus quadrangu- lo prior, siquidem ex tribus hie, ille ex quatuor con- stat lineis, ac tria necessario priora quam quatuor. non igitur figura trianguli genus. Rursus trian- gulum quadrangulo priorem esse, et dicere, hoc modo in haec sequenti figura,

## AMMONIUS

Omnis quadrāgulus in duos triangulos diuiditur re A  
 etangulares, quippe quoni  
 am quadranguli ex a.b.c.  
 d.iugationes, per diametrū  
 a.c. diuidentur in duos re  
 storum angularum triāgu  
 los, cum uidelicet qui est ex D

a.b.c. & eum qui est ex a.d.c. quadrangulo itaq;  
 dimoto, non dimouebitur & triangulus, at triāgu  
 lo dimoto, nunquam esse poterit quadrangulus. pa  
 tet igitur triangulum priorem esse quadrangulo,  
 quod idem & in cæteris rectarum linearum figu  
 ris demonstrabitur, pentagono uidelicet exagono,  
 & reliquis. Vnusquisque enim horum in triangu  
 lum diuidetur. si ergo triangulus & quadrāgulo,  
 & pantagono, ac reliquis prior est, que de his ipsis  
 communiter prædicatur figura non erit genus, ac  
 communiter neq; erunt ipsi huius species. non igi  
 tur propriè dictum est à Porphyrio, triangulum fi  
 guræ speciem. In hoc allucinati quidem omnes  
 qui Porphyrium excusare quum uellent, dixerunt,  
 impropriè gratia exempli eo nomine abusum, uo  
 case triangulum speciem figure, & figuram ge  
 nus trianguli. Nos uero multo aliter dubitationē  
 omnem dimouebimus sic. Si uere quadrangulorum  
 elementa essent trianguli, ut nunquam nisi ex tria  
 gulo componeretur, constare posset quadrangulus:  
 quēadmodū in Timeo iuenire uidetur, Plato :quum



B

C

omnes rectarum linearum figur as resoluat in triā Plato in Ti  
gulos, tanquam in simplicissima elementa, id quidē meo resolu  
uerum eſſet, ac primus figurarum omnium exiſteret uit oes rea  
triangulus, neque figura genus eſſet earum, modo etarū linea  
uerum illud sit, non eſſe genus quod communiter de rū figuras  
his in quibus prius posteriusue quid iest, prædicatur in triāgul.  
Atqui nulla nos hoc necessitas cogit, uti ex presup  
posito triangulo fiat per alterius additionem qua  
drangulus, ut eſt in sexto & quadragesimo theore  
mate, apud Euclidem qui per solam rectitudinem  
docet absque triāgulo describi posse quadrangulū.  
Nam quid prohibebit, etiam si triangulus non sit,  
quo minus quatuor rectas lineas coniungendo, qua  
drangulum conficiamus? Falsum igitur id eſt, dia  
moto triangulo, dimoueri & quadrangulum, si ue  
ro quia diametrum adiſcentes diuidimus quadrang  
ulum in duos triangulos iecirco dixerint triangu  
lum quadrangulo priorem. Nunquid rogo quum  
poſſimus quadrangulum ipsum in duas alteras lon  
gitudines diſoluere, & opposita latera separando  
& coniungendo a.b. & c.d. duas alteras facere lo  
gitudines separatas ex a.c. & c.d. dicent iecirco  
eas ipas longitudines quadrangulo priores? Ni  
rum si ſic eſſet, oppositus hic quadrangulus prior  
eſſet hac altera logitudine, ſi que latus unum dupli  
catum habet, ab altero ſcorſum in duos quadrāgu  
los diſoluerimus, quinetiam ſi in circulo quis dia  
metrum ducat, que circulum diuidat in duos ſemi  
circulos a. & b. Manifestum erit unumque ſemī

circularis lineæ & ex recta diametro compositam  
accidetq; simplicē figuram circulorū ex mixtis se-  
micirculis cōponi, ac simplici prius esse id q; est mix-  
tum. Vt igitur in his talem cogitatione nostra diui-  
stonem facimus, ac non propterea necessario alte-  
ræ longitudines quadrangulo priores, quanquam  
ex his componi rursus possint duo quadranguli, sic  
& quadrangulus diametro poterit in duos trian-  
gulos distingui, nec propterea ex triangulis nece-  
sario compositius dicetur, quadranguloq; natura,  
priorē esse triangulos. Pulchrè igitur Porphyri-  
us trianguli genus dixit esse figuram.

**C**Quod si etiā genus assignantes spe-  
ciei meminimus dicentes, quod de plus  
ribus & differētibus specie in eo quod  
quid est prēdicatur, & speciem dicimus  
id quod sub assignato genere est. Nos  
se oportet, quod & genus alicuius est  
genus, & species alicuius est species, v=  
trumque utriusque, itcirco necesse est  
in utrorūque rationibus utrisque uti,  
**H**ec dicens Porphyrius existimat, mutua sc de-  
monstracione uti oportere, mutua autem demon-  
stratio apud Philosophos confunditur, ut pote que  
stratio. eadem faciat priora esse ac posteriora, commutet  
que inuicem & ordines propositionum & conclu-  
siones. Facitque enim quod primum est secundum,  
& quod secundum primum, eademque ejisdem ma-

nifestiora, & immanifestiora. Verbi causa. Si interrogati cuiusdam sit, necne, anima immortalis, immortale esse responsum fuerit, hoc modo, aia ex se se ipse mouetur, q. ex seipso mouetur, semper mouetur, q. semper mouetur, immortale. Est igitur aia immortalis. Rursus interroganti, unde id manifestum ex se se moueri aiam, respondebitur ex diuerso sic, aia est immortalis, immortale mouetur semper, q. semper mouetur, ex seipso mouetur. Aia igitur ex seipso mouetur, talis demonstratio mutua nuncupatur. Ostendens. n. animam esse immortalē, suscepit q. ex seipso mouetur, primā propositionē, immortale uero conclusionem. Rursus in ostendendo animam ex seipso moueri, quod erat posterius immortale, susceptum est prius, & q. erat prius, ex se se moueri, susceptum posterius, mutua igitur demonstratio ea est, que, p. positiones facit esse cōclusiones, & cōclusiones, p. positiones. Quapropter, explosa quoq; est. Cum. n. demonstratio ex ueris manifestisq; propositionibus incerta que prius erat, cōclusionē, manifestissimā faciat, digna quidē reprehensione que eū ordinem cōmutat, hoc est que cōclusionē immanifestā in ordinem p. positionis perinde ac manifestā assumit, propositionemq; confessam, incertam facit esse conclusio nem. Similiter si mulierem quam lac habere demonstrabimus sic. Mulier hæc peperit, que peperit lac habet, hæc igitur mulier lac habet. Si uero eam peperisse, sic. hæc mulier lac habet, que lac habet certum est peperisse, hæc igitur mulier peperit.

hic igitur mulier lac habet. si uero eam peperisse;  
sic hæc mulier lac habet, quæ lac habet certum est  
peperisse. hæc igitur mulier peperit. Hic quoque ea  
dem ijsdem priora & posteriora, manifestiora &  
immanifestiora suscepimus. primo quidem manife-  
stum ac prius, peperisse. immanifestumque & postle-  
rius, lac habere: deinde manifestum & prius lac ha-  
bere, immanifestumque & posterius peperisse.

**Quæ pro-**  
**prièdicitur**  
**demonstra-**  
**tio.**

igitur ois demōstratio uel ex re manifesta immani-  
festa ostendat, uel immanifesta manifestam, p̄spicui  
quidem est solum eam propriè dici demōstrationē,  
quæ ex manifesta re demonstrat immanifestam. Eas  
uero quæ ex immanifesta manifestam ostendunt, fal-  
sas, ac uituperatione dignas, utpote quæ certi ni-  
hil habere in se possint. Nam quid absurdius quam  
ex immanifestis, fateri posse manifestas demon-  
strari. Iure igitur optimo uituperabitur mutua de-  
monstratio, qua tamen quum intelligeret Porphyri  
us se uti oportere, in generis descriptione assumpsit  
speciem, & in speciei genus, quod ipsum quum quis  
uitio dare potuisset præueniens se excusat, hoc mo-  
do. Quam genus enim inquit species sit genus, &  
species generis species, necessario de genere disses-  
tentem opus meminiſſe & speciei. Et de specie præ-  
cipientem meminiſſe & generis. Quæ enim ad alia  
quid sunt, & existunt simul & intelliguntur, genus  
& species ad aliquid, quippe genus alicuius est ge-  
nus speciei, & species alicuius est species generis.  
Ea autem eiusmodi sunt, ut alterutrum sine altero

**Quæ sunt**  
**ad aliquid**  
**sunt simul**  
**natura.**

intelligi nūquam possit. In altero igitur alterius mē  
tionem eo modo factam oportuit. Qui nāque eorū  
quæ ad aliquid sunt alterutrum ignorauerit, utrū  
que necessario ignorare uidebitur.

**C**Assignant ergo & sic speciem. Spe  
cies est, quæ ponitur sub genere: & de  
qua genus in eo quod quid est prædica  
tur. **C**Amplius autem sic quoque. Spe  
cies est quæ de pluribus & differenti  
bus numero in eo quod quid est prædi  
catur, sed hæc quidem assignatio specia  
lissimæ est, & quæ solum species est, nō  
autem & genus: aliae vero erunt etiam  
non specialissimarum.

**A**Duas hoc loco speciei descriptiones assignat,  
subiecto eisdem, ambæ enim de pluribus prædicant  
ur, habitu uero differentes, cuiusmodi ascensum di  
ximus esse & descensum. Descriptiones igitur hæ ha  
bitu quidem sunt due, speciei ad genus, qua species  
sub genere est, & generis ad speciem qua compre  
hensuum genus est speciei, uidenturq; quasi habi  
tus esse à genere in speciem, descensu, à specie uero  
in genus, ascensu. atq; hæc quidem plenissimæ descri  
ptiones. Tradit autem & perfectam aliam descri  
ptionem ab ipsarum uocum diuisione comprehen  
sam, hoc modo. ( Species est quæ de pluribus,  
& differentibus numero in quo quid est præ  
dicatur.) Quærere autē quispiam posset, cur hoc

Exemplum  
notatu dig  
nū quo pa  
cto duo dis  
cūtur eē ea  
dem subiec  
cto differē  
tia habitu.

et loco descriptione usus fuerit Porphyrius, ac non  
potius diffinitione quippe cum species cui subiiciantur  
genus habeat, non amplius hic locum habebit,  
ea que paulo ante, quoniam de genere loquebamur, ad-  
ducta est causa, cur ita factum sit, haec est ratio.

**Intentiones,** Diffinitiones rerum sunt diffinitiones, ad declarandas eorum naturas. Genera autem & species neque res sunt, neque determinatae habent naturam, ut diffini-  
**Quid in omni** ri potuisse. nec in uno aliquo praedicamentorum, ni genere sed generaliter in omnibus considerantur. etenim in substantia, quantitate, qualitate, ac reliquis praedica-  
**est lib. i. to** pi. cap. iiiij. mentis, & genera sint & species, & differentiae, nec res, sed habitus rerum demonstratiui. Quare cum diffinitiones, ut dictum est, rerum sunt diffinitiones, uocesque non res iure quidem merito his diffinitiones assignari quum nullo modo potuerint, descriptione est usus. (Sed haec specialissimae sit speciei. Reliquae vero & non specialissimarum.) Haec inquit, posterior descriptio non omnibus competit speciebus, sed solum specialissimis, atque ut per nosce remus, quae sint specialissime species, utitur homini divisione. Substantia alia corporea, alia incorporea, corpus, aliud animans, aliud inanimatum. animans, alia animal, aliud planta, aliud uiuens planta. planta. nam has tres solas habet uires, nutritiua, auctiua, & progenitiua. animal praeter has habet & sensitiua, & progressiua. Viues autem planta amboris animalis. sed & plante particeps, habet praeter illas tres

plante quas potestias habeat, quas uero animal.

sensum tactus, sed de loco in locum non progrediatur, cuius generis sunt & ostrea, & spongiae, ingenerantur enim petris: aduenienteque contrario aliquo uidemus contrahiri, recedente uero diffundi, amicisque rebus gaudere, ingratissimo uero tristari. Rursum animal, rationabile aliud, aliud irrationabile; rationale, Deus, homo, homo aliis Socrates, aliis Plato, aliis hic & ille. de quibus, quia particulares, nullus est apud Philosophos sermo, ut sepe iam diximus. In hac igitur divisione primum est substantia, postremum homo, media uero quae sunt, subalterna. Sic ideo vocata quoniam & genera & species esse possunt. Dicitur itaque substantia genus genera lessimum. Homo autem species specialissima, reliqua uero & genera & species ad aliud & aliud sumpta. Corpus enim substantiae species, animantis est genus. Animans corporis species, genus est animalis. Animal species animantis, hominis genus. Homo animalis species, non amplius, inquit, & genus. Prædicatur enim non de differentibus specie, sed numero ut sunt, Socrates, Plato, Alcibiades. Nec modo non erit genus, sed neque individuum, quum omnia particularia sub se individua comprehendat. Erit igitur homo species specialissima. Dicit ergo, posteriorem speciei descriptionem non omnibus copere speciebus posse, ut animanti & animali, sed solis specialissimis, ut homini, equo, cani, & id genus ceteris, quae duntaxat species.

**C**Planum autē erit quod dicitur hoc modo . In vno quoque prædicamento sunt quædam generalissima : & rursus alia specialissima . & iter generalissima & specialissima sunt alia : quæ genera & species dicuntur eadem . Est autem generalissimum quidem supra quod nullum aliud sit superueniens genus . Specialissimum autem , est post quod non est alia inferior species . Inter generalissimum autē & specialissimum alia : quæ genera & species sunt eadem , ad aliud tamen & ad aliud sumpta . Fiat autem in vno quidem prædicamento manifestū quod dicitur . Substantia est quidem & ipsa genus , sub hac autē est corpus : & sub corpore animatū corpus , sub quo animal ; sub animali vero , rationale animal , sub quo homo . sub homine vero , Socrates & Plato , & qui sunt particulares homines ; sed horum substantia quidem generalissimū est , & quod genus solum . homo vero specialissimum , & quod solum species . corpus autem species quidem est substantiæ : genus vero animati corporis . sed & animatum corpus , species quidem est corporis ; ge

MS. 16

nus vero animalis .rursus animal species quidem est corporis animati: genus vero rationalis animalis. sed rationale animal species quidem est animalis: genus autem hominis. homo vero species quidem est rationalis animalis: non autem genus particularium hominum. sed solum species, & omne quod ante indicata propinque predicatur , species erit solum, non etiam genus,

**P**ro In omnibus inquit praedicamentis sunt & genera & species, substantia quidem est genus generalissimum, sub ea corpus, sub corpore animatum, hanc enim divisionis solam partem suscepit , pretermittens incorporeum, uel ob hoc quia que sensu percipiuntur, nobis notiora, sub animato animal sub animali rationale, sub rationali homo. Substantia igitur genus generalissimum, quod solum est genus, nihil enim substantia prius. Homo uero species specialissima, que sola est species. Post hominem enim uniuersale nihil. corpus autem & genus erit & species. substantiae species, genus uero animati : animatum, corporis species, genus animalis . Animal autem dicitur id omne quod animatum est sensus particeps . Animatum uero, id quod alitur & augetur, ac sibi simile gignit. Verbi causa. Platonem quae eas ipsas uires capiunt, animatae quidem sunt; non autem animalia . At uero ostrea & spongia

Ostrea; & aiaata, & præter illas, ut diximus, sensituum quoq; spongiæ uim habent. accedēte. n. contrario cōtrahūtur, ab sensituum scedente uero præleticia diffundūtur, que tū plātis tum aīalibus similia, qua radicibus tenētur, plātis, qua uero & sentiunt & aluntur, aīalibus. aīal species aīati, genus āt rōalis, rōale genus mortalis. spēs uero aīalis mortale, rōalis hois uero genus. Hō species rōalis, nō āt & genus Soera, aut Plato. (Atque oē q superius de indiuiduis cōtinēter prædicatur, spēs erit sola, nō aīt & genus) Continenter hoc est sine ullo medio. Est. n. quā indiuidua superius aīal, nō cōtinenter, sed intermedio hoie, Hō igitur quoniam de indiuiduis continenter prædicatur, species dicetur solum, non & genus.

**¶** Quēadmodum igitur substātia cum suprema sit, eo q nihil supra eam sit, genus est generalissimum. sic etiā hō cum sit species post quā non est alia species, neque aliquid eorum quę pñt diuidi in species, sed solum indiuidua (indiuiduū .n. est Soera. & Plato & hoc album) species erit solum & vltima species. &, vt dictum est, specialissima. quę vero sunt in medio, eorum quidē quę aī ipsa sunt erunt species, eorum āt q post ipsa sunt ḡna. Quare hæc quidem duras hñt habitudines, eam q est ad ea, q antecedunt secundum quā species ipsorum esse dñr,

& ea q̄ est ad posteriora, secundū quem  
ḡna ipsorum esse dñr. Extrema vero,  
vnam h̄nt habitudinem, nam & ḡnalis  
simum ad ea quidem q̄ posteriora sunt  
habet habitudinem, cum sit genus oīm  
id q̄ est supremum, eamvero q̄ ad supio  
ra non habet, cum sit supremum & pri  
mum principiū, & vt diximus supra  
quod non est aliud supueniens genus,  
Specialissimum autem vnam habet &  
ipsum habitudinem, hanc quidem q̄ est  
ad supiora, quorum est species, hanc ve  
ro q̄ est ad posteriora non diuersam ha  
bet habitudinem, sed eandem, & specie  
es īdiuiduorum dicitur. sed species qui  
dem dicitur indiuiduorum, velut ea cō  
tinens, species autem superiorum, ve  
lut quæ ab eis continetur.

**A** Substantia aut̄ nō nisi unū ad ea, uidelicet quæ  
sunt post se, ad ea uero quæ sunt ante se, minime. quip  
pe quoniā nihil est substantia superius. Cōtra, Hō  
non nisi unū ad ea quæ sunt ante se, ad ea uero quæ  
sunt post se, nequaquam, hoīe. n. inferius uniuersale  
nihil. at uero media duos, alterū ad ea quæ sunt an  
te se, qua species, alterum ad ea que sunt post se,  
qua genera. Ex primo igitur respectu erūt species  
Ex secūdo genera (Extremavero dūtaxatvnū)

## AMMONIUS

Generalissimum intelligit & specialissimum. (Sed & individuorum species dicitur.) Habet enim & specialissima species respectum quandam ad ipsa individua, non autem illum qui est in prioribus, ut uenire possit sub rationem generis. Homo enim non genus est Socratis & Platonis, sed species individuorum comprehensiva. (Determinant itaque generalissimum sic.) Postquam de generalissimo genere, de subalternis & de specie specialissima disseruit. Nunc eadem ipsa describens, dicit. Genius generalissimum id esse quod quum sit genus, non potest esse species, & supra quod non est aliud aliud genus. Specialissimam autem speciem esse id quod quum sit species, non poterit esse genus nec in species amplius unquam diuidi. Subalterna uero ea esse, quae tum genera, tum species esse possunt. De his autem disserens, perspicuitatis gratia. Exemplum sumit è genealogia, ut enim inquit i genealogijs, siue ut maiores nostri interpretati sunt pro sapientijs. Iuppiter principium quoddam est atque omnium supremus pater. Orestes autem filius supremus omnium filius. Agamemnon uero Orestis pater, filius Atrei. Atreus Agamemnonis pater, filius Pelopis. Pelops pater Atrei, filius uero Tantali. Tantalus Pelopis pater, filius autem Iouis. Sic & in generibus & speciebus quae sunt apud Philosophos. Alia enim solum genera sunt, ut substantia. Alia uero solum species, ut homo.

**C**Determinat igitur generalissimum genus ita, quod cum genus sit, non est species. Et rursus supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimam vero speciem sic, que cum sit species, non est genus, & que cum sit species, in species diuidere non possumus. Adhuc autem & que de pluribus & differētibus numero in eo quod quid est, prēdicatur. Ea vero quae in medio sunt extremorum, subalterna vocant genera & species, & vnumquodque ipsorum speciem esse & genus ponunt, ad aliud tamē & aliud sumptum. Ea enim quae sunt ante specialissima usque ad generalissimum ascendentia, & genera dicuntur, & species subalterna, Ut Agamemnon, Atrides, & Pelopides, & Iantaliades, & ultimum louis. Sed in familijs quidem plerunque ad vnum reducuntur principium, verbi gratia, ad Iouem, **A**Dubitatem fortasse nobis ingenerare potuisse eiusmodi exemplum, quam præuenies Porphyrius dimouet. Dixisset enim quispiam sic, quemadmodum in prosapijs cathene ad unum ferè primū recurrunt, puta ad Iouem, quem Poetæ, hominumq; decorumq; parentem vocant. Ita & hic, omnia pres-

G 117

## AMMONIUS

dicamenta ad unum quoddam primum reducetur,  
 puta ad ens, substantia siquidem est ens, ens est et quantum, et quale, et reliqua praedicamenta. nec erit decet  
 generalissima genera, sed unum erit omnibus com  
 mune genus ens quod ipsum refutat Porphyrius di  
 cit ens non esse genus praedicamentorum. Quid au  
 te ens non sit genus praedicamentorum demonstrabimus  
 hoc modo. Quaecunque dividuntur, uel ut genera divi  
 duntur in species, ut quum dicimus, animal aliud esse  
 canem, aliud equum, aliud hominem, uel ut totum  
 in partes. Id autem bipartito, uel in homaeomera uel in  
 anomaeomera, hoc est uel in partes toti similes uel  
 dissimiles, nos augentes linguam latinam simili partitum  
 et dissimilipartitum dicamus, in simili partitum que  
 dividuntur sunt uenae, arteriae, ossa, carnes, et eius me  
 di, quorum partes et sibi inter se similes et toti. In  
 dissimilipartitum uero, caput, manus, pedes, et his  
 similia, quorum partes nihil conuenient cum toto  
 uel tanquam equivoqua vox in uarias significaciones,  
 ut quum dicimus canis, aliis est terrestris, marinus  
 aliis, aliis caelestis. Si itaque demonstrabitur ens, ne  
 que ut genus in species, neque ut totum in partes di  
 vidi in detem praedica. necesse erit, ut tanquam equivo  
 ca vox dividatur in uarias significaciones, quod au  
 tem non dividatur ut genus in species, patet sic.  
 Genus quum in species dividitur omnibus pariter  
 inest speciebus, nec consideratur quid prius poste  
 rius secundum generis participationem, nihil enim  
 prius magis uero animal est homo quam equus. Item

que dimota una aliqua specie, non dimouebuntur & reliquæ, ut ablato homine, auferatur & animal, & ceteræ quoque species eius, equi, uidelicet canis, plāte, & eiusmodi. Si itaque in decem prædicta, ens diuiditur tanquam genus in species, non oportebit esse in his quid prius ac posterius, neq; aliud alio magis minusue particeps eius fieri. At qui prius & posterius dimotaque altera dimouebuntur & reliquæ, non igitur ens erit genus decem prædicamentorū. Est enim primo substantia, post substantiam quantitas, post quantitatatem qualitas, è quibus, substantia prior si dimoueatur, dimouebuntur, & reliqua accidentia. Eritque necessario magis particeps eius substantia: Hæc siquidem ut accidentia sint facit, indiget substantia accidentia, accidentium autem substantia. minimè. Existit enim per se substantia, at accidentia nisi hæc cui acciderent prius existeret, nequaquam. Semper enim accidens, præcognitum habet id cui est affuturum, non igitur ens ut genus à substantia diuidetur in decem prædicamenta. Substantia quoniam dimota, dimouentur & reliqua, quæ nisi in ipsa existere nullo modo possunt. Patet ergo ens ut genus in species diuidi nullo modo posse in decem prædicamenta, quinimo neque ut totum in partes. Nanque uel ut similipartitum, uel ut dissimilipartitum. Similipartitum autem id est quod partes toti similes habet, ita ut ex toto de nominentur partes, nec inter se quicquam dif ferant, ut lignū, lapis, neruis, caro, & huiusmodi.

G iij

## AMMONIUS

Vnaqueq; enim ligni pars lignum uocatur, sic &  
 lapidis & nerui ac id genus cæterorum partes, ex  
 totius appellatione denominabuntur, nihil ab eo dif-  
 ferentes, ut similipartitū autem ens si diuidetur  
 in prædicamenta, prædicamēta ipsa oportebat tā  
 quam partes ex appellatione totius denominari, di-  
 cīq; entia. At uero quum longè inter se, multumq;  
 differant, non nominibus solum, sed & rebus. Altud  
 Dissimila- siquidem substantia, aliud quantitas. Nequaquam  
 re quid. profecto ut similipartitum diuidetur, quinimo ne-  
 que ut dissimilipartitum. Namq; quum dissimilipar-  
 titum id sit quod partes habeat inter se differentes  
 atque à totius ratione diuersas. Verbi gratia, faci-  
 ei partes, sunt nasus, oculi, frons que neque appellan-  
 tur ex nomine totius, neque inter se sunt similes.  
 Nunquam enim dicimus, nāsum aut oculum esse fa-  
 ciē, & si que nominibus ac rebus inter se differūt,  
 partes habeat, non tamen habebit que à se non de-  
 nominentur partes, ens enim substantia, ens quanti-  
 tas, ens qualitas, & reliqua prædicamenta. Disimi-  
 lipartita autem non sunt, quorum de totius nomi-  
 ne partes appellantur, neque igitur ut dissimilipar-  
 titum diuidetur. Si ergo neque ut genus in species  
 neq; ut totum in partes poterit ens diuidi, certētā  
 quā æquiuoca uox diuidetur in uarias significatiōes  
**C**In generibus vero & speciebus non  
 sic se habet. Neque enim est commune  
 vnum genus omnium ens, nec omnia

eiudem generis sunt secundum vnum supremum genus, quemadmodum dicit Aristoteles. sed posita sint (quemadmodum in predicamentis dictum est) prima decem genera : quasi prima decem principia. Et si omnia quis, entia vocet, æquiuoce (inquit) nuncupabit, sed non vniuoce. si enim vnum esset commune omnium genus ens, vniuoce omnia, entia dicerentur. Cū vero decem sint prima, coniunctio secundum nomine est solum non tamen secundum rationē quæ secundum nomen est.

**A**Supponatur inquit nunc quasi principia rerum esse genera decem. Hoc enim ipsum demonstrare decem duntaxat esse principia alterius erat ac perfeccioris tractatus. Supponatur autem id inquit tanquam in confesso. (Et si omnia quispiam entia vocari æquiuocè inquit, non autem vniuocè nūcupabit.) Equiuoca sunt quibus unum idem est nomen commune, non autem eadem re significatio, ut canis, nanque & cælestis est. & marinus. & terrestris. communicantes enim nomine differunt rebus quas nomen significat. Vniuoca autē sunt, quorum commune idem nomen est, atque ex eo ipso nomine eadem diffinitio. uerbi gratia. homo & equus, commune habent nomen animal, uterque enim est

Quid æqui uocum.

Vniuoca.

animal, & diffinitionem ex ipso animali eandem;  
 hanc substantia animata sensibilis. Dicit itaque q.  
 si entia ea omnia appellauerimus, & equiuocè appelle-  
 labimus non uniuocè. & equiuoca ut iam dictum est,  
 sunt, quæ solum nomen commune habent. uniuoca uero  
 que & nomen & diffinitionem. Ens autem ipsu-  
 sum, solum nomen commune suum præstat his que  
 sunt sub se, dicuntur quidem entia & ipsa prædicia-  
 menta. non autem & communem omnibus ex eodem  
 ipso nomine diffinitione. aliud nāq; ab alio unūquodq;  
 prædicamētū, qua ē, qua noīatur, & qua diffinitur  
 ut & equiuoca igitur uox diuidetur ēs i generalissima  
 prædicamēta. in substantiā, i quantitatē, qualitatē,  
 ad aliqd. ubi. quando. agere. pati. stare. & habere.

**D**ecem igitur generalissima quidem  
 sunt, specialissima vero in numero qdē  
 quodā sunt, nō tñ infinito. ind. uidua au-  
 tē que sunt post spāliissima īfinita sunt.  
 Qua ppter usque ad specialissima a ge-  
 neralissimis descendentes iubebat Pla-  
 to quiescere, descendere autem per me-  
 dia diuidentes specificis differentiis, in-  
 finitavero, inquit, relinquenda sunt. ne  
 que enim eorum scientiam posse fieri.  
 Infinita dicit non quod sint, sed q. rursus ac rursus  
 generentur. (Specificis differentiis.) Specificas  
 differentias uocavit substantiales, ut animal, mor-  
 tale & non mortale, ratione utens & non utens.  
 sunt nanque & non substantiales differentiae, ut as-

imp. bmo

.museo

.specie, differen

nimal, aliud sedet, aliud ambulat, aliud bipes, aliud quadrupes. album aliud. aliud nigrum, quæ communes & propriæ à Porphyrio dictæ, ut paulo post uidebimus. (Infinita autem inquit omittenda, quando nulla ex his effici scientia potest) hoc inquit Plato in sophista. potest enim accipere definitionem scientia, quod igitur est incomprehensibile, nec scibile esse potest. Nam ut in demonstratiua ostensum est, singularium neque definitio est, neque scientia, sed uniuersalium duntaxat.

**C**l Descendentibus igitur ad specialissima necessæ est diuidētes per multitudinem ire, ascendentibus vero ad generalissima necessæ ē colligere multitudinē in vnu. collectiuū enī multorū in vnam naturā species est, & etiā magis id q[uod] genus est. particulariavero & singularia cōtrario semp in multitudinem diuidūt id q[uod] vnu est, participatione enī speciei plures hoīes, vnuus: particularibus autem & singularibus vnuus & cōis plures. diuisiuū enī semp est q[uod] singulare est: collectiuū autem & adunatiuū q[uod] cōmune est. **D**ixit ens nō eē genus generalissimoru, que & definitam habent naturam, & nobis facilius percutuntur, nunc autem de specialissimis speciebus per tractando perscrutatur an ita se habeant, quomodo generalissima genera, hoc pacto, alia sunt

que definitum habent numerū, quæque à nobis percipi possunt, ut sunt decem genera generalissima. alia uero que & si definitum habent numerum, non tamen percipi possunt, ut specialissimæ species, homo. equus. canis. uitis. oliua. & huiusmodi, quæ sunt apte natura & definita & incognita esse possunt. definitæ quia oīno certæ, incognitæ, quia aliæ alibi. Multæ enim & animalium & plantarum & metallorum species nobis incognitæ. Verum enim uero quæcunque in rebus sunt definita esse, euidentiori quodam sumpto demonstrabimus, sic. Infinito maior nulla multitudo, hoc quum ita sit, ponatur specialissimas species infinitas esse, siquidem in una quaque specie multa sunt indiuidua. humana enim species una, in mille diuidetur indiuidua, hoc ē particulares homines. Similiter & equina, & canina. & id genus ceteræ. Manifestum hoc quidem omnibus, multo maiorem esse indiuidorum quam specierum multitudinem. si itaque multipliciora sunt quæ sub speciebus sunt indiuidua quā species ipsæ. Speciemq; spaliissimarū numerus infinitus. Infinitior certè erit indiuidoru numerus, q; infinitus nūcrus specierū.

At uero infinito aliquid multiplicius non est. Nō est igitur specierum numerus infinitus diēndo nāque, numerum numero maiorem esse, definimus ac determinamus minorem. Quæcunque enim aliquo alio maior est, certè excessu quodam maior, excessu uero amoto, definitur determinabiturque quod est reliquum. Quo itaque modo demonstratum est, spe-

cialissimas species non esse infinitas. sic & que sub ipsis sunt individua demonstrabimus, neque infinita, neque multipliciora esse quam species. Si quis namque dixerit individua infinita, certe quæ sub qualibet erunt specie individua, uel infinita ea esse constebitur uerbi gratia; quæ sub humana quæ sub æquina cæterisque speciebus individua sunt, ipsa per se infinita esse, uel suapte. nam definita, uel omnium simul que sub cunctis speciebus sunt, individuorum congregatam multitudinem dicet esse infinitam. Si igitur quæ sub qualibet specie sunt individua ea infinita esse fateatur, accidet rursus infinito aliquod infinitius multipliciusque esse. siquidem particulares homines infiniti, & particulares quoque equi infiniti. quod que ex ambobus duplicatum erit adhuc magis infinitum. quod uero ex reliquis omnibus, certè etiam multiplicius, quo quid dici absurdius potest. Nullo igitur pacto quæ sub qualibet specie individua sunt, infinita esse poterunt. si uero determinata ea esse dicantur, certè & ipse specialissimæ species determinatae erunt, atque ex omnibus composita multitudo determinata. Nam quicquid ex determinatis componitur, & ipsum determinatum. determinatus igitur erit individuorum numerus. Quodcunque enim sit semper, & eternumque manet, illud infinitate habet, qua ratione & numerus dicitur infinitus, q[uod] cum semper adaugeri possit, ac nunquam deficiat, actu quidem ipso susceptus definiri iuinetur semper. Eodem etiam modo demonstrari poterit, &

AMMONIUS

arenam esse, numero definitam, nec falsum fuisse  
Appolinem qui sic cecinit.

Noui ego dimēsū pelagi, & numerū scio arenarū,  
Vel si hoc non placet, Sic.

Noui ego quot numero fluctu uoluantur arene,  
Et quantum oceanī pateat mensura profundi.

Infinita enim si eset, adiunctus ei quum fuerit ho-  
minum numerus, erit adhuc infinitior, quādo quod  
ex duobus componitur, alterutro fit maius. sicque  
erit infinito quoddam infinitus, quod minime opor-  
tuit. Specialissima igitur suapte natura determinā-  
tur, nobis tamen incognita, īdiuidua determināta qdē  
naturā non habent; quia rursus ac rursus generan-  
tur, nobis tamen cognita, actu dum ipso sunt spes  
effectae, principiumq; habuerint generationis, & si  
minime quot sint intelligantur. Non etenim quēad  
modum in specialissimis speciebus ita & in his quo-  
tum cognosci potest, definitus siquidem, ut demon-  
stratum est, horum numerus. (Quumvero ascen-  
dimus ad generalissima multitudinē ipsam  
invnū colligere oportebit.) Declarat hoc  
loco quid accidat ascendentibus à specialissimis ad  
generalissima, & quid descendenteribus à generalissi-  
mis ad specialissima (Atque itē magis genus.)  
Species enim cōprehensua tantū est particulariū  
indiuidorum, genus uero & specierum & indiui-  
duorum. De inferiori etenim ad superius hoc est ab  
indiuiduis ad generalissima cōscēdētibus, multitu-  
dine quidem res coarctantur, minuanturque. Vi ue-

ro atque potentia dilatantur augenturque. Specie-  
es namque quam individua sunt multitudine pauco-  
res. potentia uero plures. Simili modo & specierū  
ipsarum genera, quo usque ad unum generalissimum  
perueniatur. atque id nō irrationabiliter, una si qui-  
dē rerū omnium causa est atque principium, quare  
quæ generi generalissimo proximiora, coangustan-  
tur multitudine, adaugentur uero potentia. Quæ  
contraria sunt ab eo ipso remotiora, augentur numero,  
diminuunturque potentia.

**A**ssignatio autem genere & specie qd  
sitvtrumqz eorū, & genere quidē vno  
existente, speciebusvero pluribus, sem-  
per. n. in plures species: diuisio generis  
est, genus quidem semp de specie p̄dica-  
tur, & oīa superiora de inferioribus, spe-  
cies autem neqz de p̄ximo sibi genere  
neqz de superioribus, neqz enī conuer-  
titur. Oportet enim aut equa de equis  
p̄dicari, vt hinnibile de equo: aut maio-  
ra de minoribus, vt animal de homine:  
minoravero de maioribus minime. ne  
que enī dices aīal esse hoīem: quemad-  
modum hoīem dices esse aīal. De qui-  
bus autem species p̄dicatur: de ijs necel-  
sario & speciei genus prædicabitur, &  
generis genus vscz ad generalissimum.

si enim verum est dicere Socratem hominem , hominem autem animal. animal autem substantiam . verum est & Socratem animal dicere, atque substantiam. semper enim cum superiora de inferioribus prædicentur: species quidem de individuis prædicabitur: genus autem & de specie, & de individuo. generalissimum vero : de genere vel generibus si plura sint media & subalterna, & de specie, & de individuo. dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub positis generibus, & speciebus, & individuis. genus autem quod ante species generalissimum est: de omnibus specialissimis & individuis, solum autem species , de omnibus individuis. individuum autem, devno solo particulari,

**P**roposuerat Porphyrius de propositis quinque Generis & uocibus logicè potius pertractare quā ut diximus speciei con naturaliter aut diuinè. Postquam uero docuit que templatio= esset generis ac speciei natura, uisum est etiam uelle nem , utilē ostendere , quemadmodum utilis sit eorumdem cō fore ad dis templatio , ad ipsam differendi rationem, fermè hoc serendi ratiō pacto. Omnis quidem diligens differendi ratio uer- tationem . satur circa demonstrationem. Demonstratio autem constat ex syllogismo . Syllogismus ex enuntiatio- nibus

nibus. Enuntiationes ex duobus terminis, quorum  
 alter suppositum, alter uero dicitur prædicatum.  
 Suppositum autem id est de quo fit sermo. Prædicat-  
 um uero quod de eo ipso dicitur, sic, Socrates dis-  
 putat. Enuntiationis huius suppositū est Socrates;  
 de quo fit sermo. prædicatum uero est, disputat, quod  
 de illo dicitur. Itemque et sic anima per seipsa mo-  
 uetur. suppositum est, anima. prædicatū autē hoc;  
 per seipsa mouetur. Itemque sic, homo est animal.  
 suppositum est homo, prædicatum autem animal,  
 atque in omni similiter enuntiatione docet; que ge-  
 nera sint, et que species, hoc est que quibus suppo-  
 ni, et que de quibus prædicari debeant, atque ut  
 per noscamus quomodo inter se implicita ea scilicet  
 genera et species, efficiant enuntiationes, ex qua-  
 bus ut dictum est fit syllogismus, circa quam tota  
 differendi ratio uersatur. Dicit, de specie semp præ-  
 dicari debere genus, ut de homine animal, de anima  
 li substantiam, non autem de genere speciem, quippe  
 quoniam nequaquam uerum erit, si quis substantiam  
 dixerit esse animal, aut animal, hominem, ac patet id quidē;  
 de speciebus semp prædicari debere generis, et de ge-  
 neribus uero, species nunquam. Intelligendum est  
 autem oportere prædicata omnia, uel pluris esse quod  
 supposita, ut homo et animal, uel saltē equalia;  
 ut homini risibile, inuicē n. de se equalia prædicā-  
 tur, ut enim dicimus, homo est risibilis. ita ex diuer-  
 so dicimus risibile est homo. (Et omnia superio-  
 ra de inferioribus.) Ut substantia de corpore, cor-

A M M O N I V S

pus de animante, animans de aīali, aīal de homine.  
(De quibus aut species prædicatur de his &  
speciei genus & generis genus necessario ut  
que ad generalissimū prædicabitur.) Aliud  
tradit præceptum, et ipsum ad differendis rationē,  
non iutile, est aut hīmōi. De quo species prædicatur  
de eodē et speciei genus usq; generalissimū prædi-  
cabitur, Verbi cā, de Socrate prædicatur hō, deq;  
hōc aīal. Aīal igitur et de Socrate prædicabitur  
Item de aīali prædicatur id quod est aīans. igitur  
et de hōie et de Socrate. de aīante corpus, igitur et  
de aīali, et de hōie, et de Socrate. de corpore sub-  
stantia, substantia igitur, de corpore, de aīante, de  
aīali, de hōie, et de Socrate prædicabitur. (Gene-  
ralissimū enī de oībus quae sub se sunt gene-  
ribusque & specieb? & indiuiduis prædicatur)  
Si. n. uerum illud est superiora semper de inferiori  
bus prædicari, manifestū qdē generalissimū de oīb.  
quae sub se sūt generibus atq; indiuiduis prædicari.

¶ Indiuiduum aut dicitur Socrates, &  
hoc album, & hic veniens Sophroni-  
sci filius, si solus sit ei Socrates filius. In  
diuidua autem dicuntur hīmōi, qm ex  
pprietatibus consistit vnumquodque  
eorum, quarum collectio nunq; in alio  
eadem erit. Socratis. n. proprietates nū  
quam in aliquo alio particularium erūt  
eodem, he vero quae sunt hoīs proprie-

tales(dico autem eius qui est cōmūnis)  
erunt eādem in plurībus, magis autem  
& in omnībus particularībus homini-  
bus, in eo quod homines sunt.

Apponens dēmostratiuum illud prōnomen, hoc  
effecit particularē idipsum uniuersale quod dēmo-  
strauit, per se. n. album uniuersale. (Quorum cō-  
gregatio nūquām in aliquo alio eādem erit )  
Non dixit quorum unūquodq; sed quorum congre-  
gatio. illud. n. unūquodq; & in alijs existere potest  
cuncta autem simul nulli. (Vniuersalis quidem  
hominis proprietates fieri eādem possunt i  
plurībus, at vero Socratis in aliquo alio ne-  
quaquam.) Hominis inquit p̄prietates inesse po-  
terunt & particularībus hominībus, ut hoc animal  
rationale mortale, & eiusmodi . Intelligendum est  
autem hoc loco, genera, species, & indiuidua, habe-  
re quādam proprietates, ac generis & speciei pro-  
prietates inexistere in plurībus, indiuiduorum au-  
tem in illo solo cur insunt, indiuiduo. Verbi gratia  
Animalis proprietates sunt substantia, animatum,  
& sensituum. inerūt autē plurībus. homini. equo.  
cani. & ceteris. Hominis autem proprietates  
sunt, animal rationale mortale mentis ac sci-  
entie capax ; que omnībus inexistens hominībus.  
Socratis uero proprietates sunt esse Philosophum,  
caluum, uentrosūm, Sophronisci filium, Athe-  
niensem & eiusmodi.

AMMONIUS

Quorū quidem unūquodq; per se potest & in alijs existere, inueniētur nanque & alij, calui, simi; Philoſo. Athenienses, & fortasse etiā Sophronisci filij. Cōgregatio uero que facta fuerit ex his& omnibus, Philoſophū. uidelicet. caluū. simū. uentro ſuma eſſe eodem ipſo tempore niſi in ſolo Socrate exiſte re non poterit.

¶ Continetur igitur iđiuīdūm quidē ſub ſpecie; ſpecies autem ſub genere. Totum enī quiddam eſt genus: iđiuīdūm autē pars; ſpecies vero & totum eſt & pars. ſed pars quidem alterius: totum autem non alterius. ſed in alijs, in partibus. n. totum eſt. ¶ De genere igi tur & ſpecie, & quid generaliſſimum & quid ſpecialiſſimum & que genera ea dem, & ſpecies ſint: que etiam iđiuīdūa & quo modis genus & ſpecies dican- tur ſufficienter dictum eſt.

Totum, & pars ſunt ad aliquid.

¶ Totum, qua respicit iđiuīdūm, pars qua re ſpicit genus. (Sed pars quidem alterius, totū vero non alterius eſt, ſed in aliis.) Totum enī & pars ſunt ad aliquid. Eorum autem que ad ali- quid ſunt, quædam per rectum caſum proferuntur ſic, dominus & ſeruus, quædam uero per obliquum ſic, pater filij pater per genitiuum. per datiuū ſic, amico amicus, per accusatiū ſic, maatus ama-

torē amat, atque iccirco dixit, pars qđ alterius, totū uero i alijs. dicimus. n. partē totius eē partē. Nō sic autem totum partis totum, siquidem ex una sola parte nunquam dicetur cōponi totum, sed ex pluribus. Quare illic relationem facimus per genitium. hic uero per ablatum; ex pluribus nāq; partibus necesse est fieri id ipsum totum, quod ex Platōnis Parmenide frater sumptum. Pulchre igitur dixit, totum uero non alterius, sed in alijs. Intelligendum est autem, non per singularem modo, sed p̄ pluralem genitium potuisse dici, hoc modo. Totū partium est totum, sed communem potius dicendi consuetudinem secutus Porphyrius, maluit per ablatum. (Quædam & genera & species sunt.) Scilicet subalterna, hæc nanque & generis & speciei rationem eadē habere possunt. (Et quot modis genus ac species dicantur.) Genus tripliciter, species uero dupliciter.

## DE DIFFERENTIA. CAP. IIII.



Ifferentia vero & communiter, & proprie & propriissime dicatur. Nam communiter quidem differre alterum ab altero dicitur: quod alteritate differt quocunque modo, vel a seipso vel ab alio, differt enī Socratem a Platonе alteritate; & ipse a seipso & puerо,

& viro & faciete aliquid, vel quiescente:  
 & semper in aliquo modo habendi se  
 alteritatibus spectatur. Proprie autem  
 differre alterum ab altero dicitur: quan-  
 do inseparabili accidente alterum ab al-  
 tero differt. Inseparabile vero accidens  
 est, ut cæcitas oculorum, aut nasi curui-  
 tas, aut cicatrix cum ex vulnere occa-  
 luerit. Propriissime autem differre alte-  
 rum ab altero dicitur: quando specifica  
 differentia differt. quemadmodum  
 homo ab equo specifica differentia, dif-  
 fert rationalis qualitate.



V A M ob causam,  
 quū differētia prior  
 sit quā spēs, præposi-  
 ta tamē spēs fuerit, iā  
 diximus. Nunc itaque  
 de differentia locutu-  
 rus, supra dicta quo-  
 que regula utitur, e-  
 ius ipsius significatio-  
 nes enumerando. Verum enim uero ut quæ dicenda  
 erunt, consequi faciliter possumus, prius hec per-  
 noscenda. Differentia, nihil quidem aliud est quā  
 rerum dissimilitudo, siue ut uerbum uerbo redda-  
 mus, alteritas, alteritas, id enim est ē T E S O T H Q uel

Quid diffe-  
rentia.

Separabilis ac secundum quid accidens, quæ uidelicet, ab illis in quibus inest suapte natura separatur verbi gratia. Qui stat & qui sedet, quemquam ille qui stat sedere, hic qui sedet stare possit, differunt tamen hoc; quia ille stat, hic uero sedet. Dicitur hæc separabilis, & secundum accidens differētia, Porphyrius eam uocat communem, ideo quia non determinatè in aliquo inest, sed communiter in omnibus. Vel prorsus inseparabilis, quæ uide licet minimè separatur. Inseparabilis rursus uel p se existit, subiectæ materie complectiua, ut hominis, rationale mortale, differimus enim à brutis hac, quod nos & rationis & orationis particeps sumus, illa uero penitus expertia, uel per accidens nullius rei effectiua, ut nasi adūcitas, simitas, oculorum glaucitas & eiusmodi. differunt nanque inter se, hic quia symus, ille uero quia aquilinus. Dictæ autem hæ differentiæ secundum accidens, quoniam nihil ad subiectæ rei substantiam conferunt. Item, & in separabiles quia nequaquam aptæ natæ sunt posse à subiecto separari, nunquam enim poterit homo non esse rationalem mortalem, nunquam & Socrates poterit non esse symum, ac Socratem esse. Verum he que per accidens nullius dicuntur rei effectiue, dictæ à Porphirio propriæ, q determinatè insit in aliquo, esse symum & esse aquilinum, ille uero que per se sunt subiectæ materie complectiue, ut rationabile mortale, dictæ à Porphyrio plusquam propriæ.

## AMMONIVS

Differētia Differentiarum itaq; siue in latino uocabulo inter  
rū aliæ cō- dum utaris, dissimilitudinum, aliæ cōmunes, aliæ p=  
munes, aliæ priæ, aliæ & plusquam proprie. Communes diffe=  
proprie, a rentiæ sunt, quæ per accidens sunt separabiles, pro=  
lie plus q; priæ contra, quæ sunt per accidens inseparabiles.  
proprie. plusquam proprie uero, à subiecta materia pror =  
sus inseparabiles, ac non irrationabiliter quidē hic  
dūtaxat agitur de plusquam proprijs. Philosophus  
enim circa ea potissimum uersatur quæ conferunt  
ad ineundam philosophiæ rationem, diuisiuam sci=  
licet ac diffinitiuam, diuisio autem & diffinitio nū  
quam ab aliquo accidenti suscipiuntur, nisi ex sub=  
stantiis, quales sunt hæ quæ plusquam proprie dia=  
cuntur differentiæ. Prima uero differentiarum di=  
uisio hæc quam diximus supra, diuisio autem quæ  
sequitur hæc. (Differentiarum aliæ subiectum  
& λοιοp esse faciunt, aliæ & λο) & λοιοp autē  
frater id dicitur, quod ex accidentibus ita immuta=  
tum est, ut uix agnoscas idem esse, nostri modo dia=  
uersum, modo alienum, modo dissimile dixerunt,  
& λο uero quod per se ab altero penitus differt,  
nos aliud dicimus. Communes itaq; ac proprie dif=  
ferentiæ subiectum faciunt esse & λοιοp hoc est,  
à seipso uel ab alio diuersum, ut sedere & stare sy=  
num & aquilinum eſe. Plusquam proprie uero,  
& λο aliud, ut rationabile & irrationabile. Verbi  
gratia, ab astante Socrate, sedens non aliud dicitur  
Socrates, sed diuersus, & ab hominē equus nō di=  
uersus, sed aliud. Illud enim accidentium uarietate

significat, hoc uero substantiae. Tripliciter itaque quum differentiae dicantur, communiter, proprietate, ac plusquam proprietate, de his que plusquam proprietate sunt apud Philosophos sermo; proprietate namque et communes ad generum diuisionem nil quicquam conferunt. Nemo enim dicet, animalium alia stant, alia sedent, aquilina alia, alia syma, nisi fortasse qui iampridem desiperit, si igitur ad diuisionem inutiles, erunt et ad diffinitionem, ac duntaxat pulsusque proprietate differentiae necessariis. (Et plusquam proprietate dicatur.) Dicatur inquiens, significauit id nomen posuisse, consueuerunt enim antiqui quem uulnagato nomine uterentur dicere dicitur, uocatur. et eiusmodi, quum uero ipsi nominatur, posuissent, uocetur uel dicatur. (Differt enim a Platone Socrates alteritate.) Qua homines quidem non differunt, sed qua hic fortasse ambulat, ille uero sedet. (Et semper in hoc quomodo habet alteritatibus?) Hoc est in differentijs quae sunt secundum accidentes, illud enim quomodo habet, posuit pro eo quod dicere solet secundum accidentes, accidentis namque in solo eo quod est quomodo habet consideratur. (Quemadmodum ab homine equus differt specifica differentia.) Id est qualitate speciei expletiua, ut est rationalis, animal namque suscipiens mortale rationabile facit hominem, mortale uero et irrationalis, equum, canem, et id genus, et cetera ratio ne et oratione carentia a ialia, quae differentiae appositi et generibus efficiunt species, unde et specificae dicte.

**V**niversaliter ergo oīs differentia ad dita alicui alteratum facit . sed eē quidē quæ & communiter & proprie sunt, alteratum faciunt : quæ vero p̄priissime aliud. Quę quidem igitur: aliud faciunt specificē vocantur: illæ vero quæ alteratum, simpliciter differentiæ.animali.n. adueniens rationalis differentia , aliud fecit,eīus autem quod est moueri, alteratum solum a quiescente fecit, quare hæc quidem aliud: illa vero alteratum solum fecit.

**D**ifferentiarum inquit aliae aliud faciunt, aliae uero diuersum. Que aliud efficiunt, per se, que uero diuersum, per accidens dicuntur ac separabiles. Separabilem autem dico communemque & propriam, propria quidem separabilis in intelligentia, possum enim Socratem aquilinum intelligere, uentre gracilem, comatum, & eiusmodi, ac tamen Socrates manebit, plusquam uero propria separari nequaquam poterit, neque per ipsam mentis imaginacionem, eiusmodi enim homo ut præter rationale & mortale intelligi nunquam possit. Omnes namq; homines rationales, oēs & mortales . Symum igitur spiam aquilinū, rursus & aquilinum symum intelligere quidem poterimus, non sic præter rationale & mortale hominem , aliter enim amplius non es-

**Differētia**  
proprīe est  
intellectus  
parabilis,  
actu in sepa-  
rabilis.

**N**on potest  
intelligi hō  
non intelle-  
ctu rationa-  
li.

set homo. Proprias igitur atque communes differētias separabiles manifestum. Quid enim quis modo stans sederit aut modo sedens steterit, non sit ab seipso aliussed diuersus. Quod ipsum utriusque poetæ authoritatibus comprobabitur.

Noster de monitore Hectore loquens, sic.

Quantum mutatus ab illo

Hectore qui redit exuñas indutus Achilli

Vel Danaū Phrygios iaculatus puppibus ignes.

**¶** Gr̄ecus uero de Vlyſe, sic. ἀλλοὶ μοργεν εφάνης νέοι οἱ πάροιθεν. Quem locum ex qui todecimo odyſſea, pagina tertia, ne forsan et tu querendo labores, ita nos tibi interpretati sumus ac multo ante nos uarijs in locis tuus Maro. Verba sunt Telemachi ad Vlyſsem patrem, à Pallade iam immutatum, sic.

Hospes mi dudum appares diuersus ab illo

Qui fueras, qualis mihi nunc quantusq; uideris.

Non eadem uestis, non uultus, non color idem,

Sed certe, o, quis tu cœlesti è sanguine diuum?

Sis felix, tandemq; mei miserere laboris,

Sis felix, equidem ipse tibi solennia sacra

Et simul ante aras statuam solennia dona.

**¶** Ecce Vlyſsem pœta non alium dixit, sed diuer sum ac sibi ipsi dissimilem. Quinetiam et si a quatinus quis symus esse intelligatur, et contra, quis symus aquilinus, non ob id alias fiet, sed diuersus, poterit nanque ille idem esse non aquilinus.

Additio  
interpre  
tis.

AMMONIUS

(Quæ vero aliud efficiunt differentiæ speciæ.) Quoniam ut diximus specierum sunt effectriæ, rationale namque non diuersum esse faciet hominem ab equo, sed aliud, alia uero ea dicimus quæ substantia ipsa differunt, ueluti homo & equus.

**C**Secundum igitur aliud facientes differentias: diuisiones generum fiunt in species, & diffinitiones assignantur, quæ sunt ex genere & huiusmodi differētis. Secundum autem eas quæ solum alteratum faciunt: alteritates solum consistunt: & aliquo modo se habentes permutationes.

**D**icitur enim animal, aliud est rationale, aliud, irrationale, mortale aliud, aliud immortale, ex qua diuisione diffiniemus hominem sic. Homo est animal rationale mortale.

**C**A superioribus ego rursus inchoanti dicendum, differentiarum quidem alias esse separabiles, alias vero inseparabiles. moueri enim & quiescere: & egrum esse & sanum esse. & quemque his proxima sunt, separabilia sunt. atvero aquilinum esse, vel symum, vel rationale, vel irrationale: inseparabilia sunt. Inseparabilium autem aliæ quidem sunt per se, aliæ vero per accidens. Nam rationa-

le per se inest hōī & mortale & disciplinæ esse susceptiuū; at vero aquilinū eē vel symum per accidens, & non per se. Perfectiorem hoc loco diuisionem facit à principio repetitam hoc modo. Differentiarū aliæ sunt separabiles, aliæ inseparabiles, hac diuisione discernuntur communes à proprijs & plusquam proprijs, rursus. Differentiarum aliæ aliud efficiunt, aliæ diuersum, hac discernuntur plusquam propria à proprijs & communibus. Ex huiusmodi uero differentiarum distinctionibus fiant iugationes sex, Separabilis & inseparabilis, diuersum efficiens & aliud efficiens, Separabilis & diuersum efficiens. Separabilis & aliud efficiens, inseparabilis & diuersū efficiens, inseparabilis & aliud efficiens, quārum nō constitutiue sunt, separabilis & inseparabilis, diuersum efficiens & aliud efficiens. itē separabilis & aliud efficiens, ut quæ nil quicquā cōstituant. Constitutiue sunt reliquæ tres. Separabilis & diuersum efficiens, quæ & cōis dicitur. Inseparabilis & diuersum efficiens, propria. Inseparabilis & aliud efficiens, plusquam propria, hoc modo.

Cōis	Separabilis & inseparabilis Diuersū efficiens, & aliud efficiens	Nō constitutiue.
ppria	Separabilis & aliud efficiens Inseparabilis & diuersū efficiens	Cōstitutiue.
Plusq	Inseparabilis & aliud efficiens Inseparabilis & aliud efficiens	ut.

**S**eparabiles ergo ac subiectam rem diuersant  
efficients, ut sedere, stare, deambulare, & eiusmo-  
di dicuntur esse communes. Inseparabiles ac diuersam  
rem subiectam efficientes, ut symitas, aquilinitas &  
eiusmodi, proprie. Inseparabiles atq; aliud effici-  
tes, ut rationabile, irrationalibile, mortale & immor-  
tale. Plusquam propriæ. Illa autem iugatio separa-  
bilis & aliud efficiens, non constitutiua, ideo facta  
est, quod rationale per se inesset homini. Quatenus  
.n. homo, homo oīs rationalis, at uero stare, sedere,  
nigrum, album, aquilinum, ac symum esse, nō per se  
sed per accidens inhæredit. Nunquam. n. quatenus  
homo, dicitur quis albus, niger, symus, uel quid eius  
modi aliud, sic nāq; oportet önes homines & ni-  
gros & aquilinos esse, & si quis, uel symus, uel ni-  
ger esset, hoīem non esse, q; ualde absurdum. Quum  
igitur rē ex parte diuersā efficiat hmoī iugatio se-  
pabilis. s. atq; aliud efficiens, haud irrationaliter qui-  
dem inter non constitutiwas eam annumerauimus.

**I**llē igitur quę per se sunt in subiectę  
ratione accipiuntur, & faciunt aliud; Il-  
lę vero quę secundum accidens, nec in  
subiectę ratione accipiuntur, nec faciūt  
aliud, sed alteratum. Quae quidem igi-  
tur per se sunt, non suscipiunt magis &  
minus, quae vero per accidens (& si inse-  
parabiles sint) intensionem accipiunt &  
remissionem. Nam neq; genus, aut ma-

gis & minus prædicatur de eo cuius fu  
erit genus, neque generis differentię se  
cundum quas diuiditur: ipsę enim sunt  
quæ vniuersiūscbz rationem complent.  
esse autem vnicuiqbz vnum & idem, ne  
que intensionem, necbz remissionem su  
scipiēs est. aquilinum autem esse, vel sy  
num, vel coloratum, aliquo modo &  
intenditur & remittitur.

In sermone substantiæ hoc est declarante rei ipsius  
naturam, scilicet de diffinitione, que ex genere fit  
& constitutiis siue specificis differentijs. (Nō su  
scipiunt magis & minus.) Hoc quoq; frater ex  
philebo, non. n. dicetur magis, minusue mortalis, aut  
minus magisue rationis particeps alius alio, pueri  
li quidem, & si ab organo impedianter ad ratiois  
effectus suscipiendos, sunt tamē & ipsi rationales.  
Intelligendū est at illa suscipe magis ac minus, que  
in codē existunt subiecto cōtraria, inuicemq; admis  
cētur, ut albū nigru, nigrū albo, alicubi magis, ali  
cubi minus. In substantijs uero id nequaq; accidere,  
ut magis ac minus inesse in ipsis possit, quoniaq; neq;  
cōtrariū quicq; est substantiæ, neq; rō ale & irrō ale  
in eadem subiecta materia consistent. Quia si dice  
ret quis. Cur ergo Aristoteles in prædicamentis dia  
xit. Substantiam esse, & primo, & principaliter,  
& maximē dictam. Dicens enim maxime, magis;  
ac minus eam suscipere significauit.

In Platone.

Que dicū  
tur suscipe  
re magis;  
& minus.

## AMMONIUS

**R**espondebimus, primum quidem sic locutum Aristotelem ad nostram cognitionem respexisse, primamque & maximam ab eo dictam, individualiam quod à nobis prius comprehendenderetur cognoscere turque magis. Ex ea enim & tempore & scientia adacti, proficiuntur ad secundam, hanc que fit per genera & species. Deinde si collocare quispiā uellet in substantijs, magis ac minus, non erit in his substantijs que habent latitudinem. Quippe quoniam homo non magis homo magisque & rationalis homine, neque magis, animal, boue, equus, aut hisce homo. Sed in his solum que altitudinem. quando superna infernis semper & integriora & meliora. uerbi gratia sic. Rationale ipsum magis quidem erit in mente, in anima minus, magis adhuc in demonibus, minus in cœlestibus corporibus. Sunt namque & ipsa animantia rationalia, magisque in hisce quoniam in nobis. Item. substantia magis in animali quam in homine, animal autem magis in homine quam in Socrate, quoniam non continenter substantia inest Socrati, sed intermedio animali. Permanestum ergo id ipsum magis, magis suscipi ab his que continent aliquid suscipiunt, quam que posteriora sunt & intermediata, pulchre igitur dictum magis ac minus non suscipi nisi ab his que habent latitudinem. (Quæ vero per accidens sunt, & si inseparabiles, intensiōnem tamen remissionēque suscipiunt.) intentionem ac remissionem, hoc est magis & minus. Hæc autem nomina per translationem, sunt à

sunt a chordis sumpta, quæ illic in cythara intensæ  
constrepunt uehementius, remissæ uero languidius Intensio &  
Vehementem igitur rei comprehensionem uocarūt Remissio  
Philosophi, intensionem: minorem uero, remissionē. quibus in-  
(Atque hæ sunt quæ vniuersciusque rei ra- sunt.  
tionem complent differentiæ.) Quæ perficiunt  
substantiam, perficiunt & diffinitionem. Diffini- Intensio ue-  
tiōes autem eiusdem rei eadem sunt semper ut hic: hemens re-  
Homo est animal rationale mortale, semper enim prehensio-  
idem id erit, neq; intensionem remissionem susci-  
piet unquam, ut dicatur esse non esse, magis minus  
ue animal rationale homo. (Vel colorari.) Hoc  
est album uel nigrum fieri. (Intenditur ac remit-  
titur.) Est enim aliud alio alius nigriusq;.

**C**um igitur tres species differentiæ considerentur, & cum hæ quidem sint separabiles, ille vero inseparabiles, & rursus inseparabilium cum hæ quidem sint per se, ille vero per accidens. rursus earum quæ per se sunt differentiarum, aliæ quidem sunt secundum quas diuidimus genera in species, aliæ vero sed quas ea quæ diuisa sunt specificantur. ut cum per se differentiæ omnes huius modi animalis sint, animatum & sensituum, rationale & irrationale, mortale & immortale, animati quidem & sensi-

tiui differentia constitutiua est substantia animalis (est enim animal; substantia animata sensitiva) mortalis vero & immortalis differentia, & rationalis & irrationalis, diuisiuæ sunt animalis differentiæ. per eas enim genera in species diuidiuntur.

Rationabiliter quidem hæcce Porphyrius negligit docere, demonstratus que ad diuisiuanam; diffinitiuanamque rationem pertinerent. dicit igitur sic. Specificarum differentiarum aliæ sunt constitutiue, aliæ uero diuisiue, non aliæ atque aliæ, licet eadem. Alicubi enim fiunt diuisiue, alicubi constitutiue, aliter atque aliter sumptæ hoc modo, rationale & irrational, mortale & immortale, animaliæ sunt differentiæ diuisiue, animal nanci in ea ipsa diuiditur. Quod si que adiungi possunt simul & plantur scilicet rationale ac mortale fient constitutiue hominis differentiæ, constituitur nanci ex his hominum natura, ac manifestum quidem diuisiuanas differentias, ad diuisiuanam rationem quam maxime pertinere. Constitutiua uero ad diffinitiuanam, quando nec genera in species diuidi, neque diffinitiuationes tradi aliter quam per eas possunt, intelligendū est autem ex his simul adiugatis, rationali, & irrationali, mortali & immortali, quatuor effici posse iugationes, quarum tres erunt consistentes, non consistens una, hoc modo.

Rationale mortale. Rationale immortale.

Irrationale mortale      Irrationale immortale.

Ecce ut tres consistant, rationale mortale, homo, rationale immortale, dæmon, irrationalis mortale, equus. Neque uero amplius quicquā erit irrationalis immortale, quanquā contrariū sentire uideatur Poeta, quū ait, αλλ' ἀδύνατο μη κομόρ οἵστις. Quē locum ex duodecimo Odyssæ ita tibi interpretabimur, Verba sunt Circes ad Ulyssē de Scylla, quā se debellaturum communabatur sic.

Vix ea fatus eram, respondit diua dearum,  
Ah miser infæelix, etiam num bellica facta  
Immensusq; labor curæ tibi pone furorem,  
Ulla quidem non est mortal is, at improbus & atroc  
Immortale genus, bello insuperabile mōstrum  
Non quisquam ferro, non quisquam uiribus ullis  
Illi imperium fugere aut uitare ualebit.

Sügitur queratur, si t neene irrationale aliqd' immortale. Opinati quādo sunt nōnulli iſimū qd' dā genus eē irrationali dæmoniorū. Nōnulli cōtra pnegarunt; qd' immortale ē obiectes, id rōale' oīo eē oportere, deueniēdū erit ad substatia, atq; illuc si uerum erit, adiuuinetur mō quo superius sic. Aīans & i animū, sensibile & insensibile, fiētq; ex his iugationes consistentes tres, inconsistens una, hoc modo.


Animans sensibile      Inanimum sensibile

Animans insensibile      Inanimum insensibile

~~Δ~~ Animās sensibile est brutum, animans insensibile, plāta, inanimum insensibile, lapis, inanimū uero ac sensibile nihil. Quicquid enī sensum habet,

AMMONIVS

multo magis & animam, ubiunque etenim uitalis anima, non omnino & sensitiua, at ubi sensitua, illic omnino erit & uitalis. Non erit igitur ex irrationali & immortali superior illa iugatio, consensus. Num ergo Ammoni & totius philosophiae patens mentietur Homeruss periculosa nimii frater



est oīs interpretatio , ubi uerborū uis aut nescitur aut disimulatur, ubi alia qui scripsit, q interpretatur aliam eiusdem uerbi significationem acceperint, facile enim si ei rei prouisum nō fuerit, & nos met in errorem trudemus, & alios , λογικὸν igitur quid apud tur græci quum dixerent, id intelligi uoluerunt quod Græcos λόγιον & orationis. Vtrūque enim λόγος, partis Skop. ceps effet, nostri unico uerbo quum id uellent, relis

Etia altera parte significationis, rationale, ἀλογον  
 uero contra quod ratione & oratione prorsus ἀλογον  
 sus careret, nos id nūc irrationalē, olim nostri Mu quid.  
 tum & Brutū ut Mutū esset oratiōi oppositū, Bru  
 tum uero rationi. Esto itaque hec horū uerborum Id latius ui  
 pprietas, ut quū rōnale dicimus λογον intelligas deus i agrī  
 tur, rōnis & orationis p̄ticeps, quū uero irrationalē colla lib. 1.  
 le, quod illorum sit expers, nouā quādam aīalīs dia  
 uisionē efficiemus homericā ac de cōlo petītā, hoc  
 mō, aīal, mortale & immortale. mortale rursus &  
 īmortale, rōnale & irrationalē. Rursus mortale  
 rationale & immortale rationale, bonum aliud, ali  
 ud malum, mortale rationale, homo. mortale irra  
 tionale, equus. immortale rationale, d.eomon. immor  
 tale irrationalē Scylla Caribdis. mortale rationale  
 le bonum, Socrates. mortale rationale malum, mes  
 litus . immortale rationale bonum, Eudæmon. im  
 mōtale rationale malum, Cacodæmon. Eude  
 mon autem alij sunt qui nostras actiones moderan  
 tur, qualis fuit in Socrate, alij qui quod bonum ma  
 lum futurum ex aliqua re est prænuntiant, dicti bonis &  
 ob id græco uocabulo ἐψελοι, qualis in fratre malis.  
 tuo , Cacodæmonum uero alij qui hum. mas actio  
 nes præcipitant, quos uulgò diabulos uocant, qua  
 lis fortasse in Melito, alij qui quibus caueri ampli  
 us non potest iamiam futura mala denuntiant, qua  
 lis qui à Cassio noctu A thenis paulo ante exitium  
 uisus est, tristes semper atque infelices nunti, hoc  
 modo. Dicerem tibi atque affirmarem, qui dex

tra occurrant, qui sinistra, qui quibus numeris utantur, si mihi id exploratum satis esset, nam quum aliquando pernotasssem, mutare deinceps rursus ac rursus soliti sunt omnia, ut plane dignorim, nolle eos rationes suas teneri, sed quid mihi potius futuroris praesensio, quam disciplina ingratus tamē ne sim, nam dudum nescio quid mihi minantur, Sacra quoque debebo, qui me participem diuinitatis esse uoluerunt, qui me maximis multisque rerum periculis sospitarunt, quorum munus est; & quod uiuo, & quod nomen quantuluncūque gero, sed ad rem.

**C**ontra quidem quae diuisiuę sunt differentię generum completiuę fiunt, & constitutiua specierum. Diuiditur enī animal rationalis & irrationalis differentia, & rursus mortalis & immortalis differentia, sed rationalis & mortal is differentiae constitutiua fiunt hominis rationalis vero & immortalis dei irrationalium animalium, sic vero & supremæ substatiæ cum diuisiuę sint animati & inanimati differentię, & sensitui & insensitui, animata quidem & sensitua, animal perfecerūt: animata vero & si iuxta substantiam sumantur insensitua perfecte sunt plantam,

Quemadmodū in supradictis, sunt aliqua so-  
lummodo genera, aliqua solummodo species, alia  
qua & genera & species, sicut in differentijs. Spe-  
cificarum enim differentiarum aliae sunt tantummo-  
do diuisiæ, ut quæ sunt generalissimorum generū;  
aliae tamenmodo constitutiæ ut quæ specialissima-  
rum sunt specierum, aliae & diuisiæ & constituti-  
æ, ut quæ sunt subalternorū. Substatiæ, itaque, dif-  
ferēt. scilicet corporeū & incorporeū, diuisiæ solum-  
mō dicūtur ac nullo pacto constitutiæ. Hominis ue-  
ro, ut est rationale mortale. Constitutiæ non autē  
& diuisiæ. Mediorū autē, uidelicet animalis, morta-  
le & immortale, rationale & irrationale, & consti-  
tutiæ sunt & diuisiæ, habent namq; supra se aliqd  
supraueniens. Contrarie igitur differentiæ, gene-  
rum sunt diuisiæ, ut animalis mortale & immor-  
tale, rationale & irrationale. Subalterna autem  
constitutiæ specierū, ut rationale mortale homi-  
nis, rationale & immortale dæmonū, irrationabile  
& mortale equi. (Irrationale vero & mortale  
differētiæ brutorū animaliū.) Omisit autē por-  
phyrius irrationale immortale. Nā quid indignius  
Philosopho quā putare, imo ne meminisse quidem  
uelle, hæc quæ vulgo isti fabulātur ad populum. Ir-  
rationales esse quosdam, ut aiunt, diabolos. Cœ-  
lo olim exules ob superbiam factos. In inferioribus  
terre uisceribus, ad ulciscendas eorū qui male uixes-  
rint animas tanquam ad metallum perpetuo dam-  
natos, uincitosque ferreis catenis teneri.

No dari de  
mones: sed  
fabulas ani-  
les esse.

Interdum & ad nos ueluti Poëtarum Eumenidas as  
silire, & eiusmodi territamentis nutricum quum in  
fantes flere uetant per quam simillima. Quam opia  
nionem frater, ne forte hesternam aut uulgarem  
credas, in Aegypto quondam olim centies millibus  
annorum in mysterijs habitam. Hebreus Moses &  
Pherecides Syrus docuere, & Plato ipse ut quod  
uulgo ad bene uiuendum maximè conferret, mini-  
mè repudiauit.

**C**Quoniam ergo eadem aliquo modo  
quidē accepte fiunt cōstitutiue : aliquo  
modo autem diuisiuę, specificę omnes  
vocantur & his maxime opus est ad di-  
uisiōes generum, & ad diffinitiones; sed  
non his quę secundum accidens insepa-  
rabiles sunt, neque etiam magis iis quę  
sunt separabiles.

**A**dvertendum hoc loco quum dicat huiusmodi  
differentijs maxime opus esse ad diffinitiones ostendere.  
In accidentium diffinitionibus uoces debere  
esse substantiales. Semper enim ex substantialibus  
cidentium uocibus fieri solent diffinitiones, ut hoc, Album est  
uoces sunt color qui praecipue discernitur à uisu, apposuit au-  
tem illud maxime, quoniam plerunque humana im-  
becillitate labantes, assumere solemus diffinitiones  
non ex differentijs ipsis, sed ex accidentibus, ut quā  
dicimus, coruum esse nigrum, cygnum album, equū  
hinnibile animal, proprium substantiale pro sub-

stantiali ipsa differentia suscipientes, quum diffida  
le eam fuisse inuenire.

Quas etiam determinante dicunt. Differ  
entia est qua abundat species a gene  
re, homo enim animal plus habet quam  
rationale & mortale. animal enim nisi  
huius horum est. Nam unde species habe  
rent differentias? Neque omnes oppo  
sitas habet, quoniam idem simul habeat  
bit oppositas species. Sed quemadmo  
dum censem potestate quidem habet  
omnes eorum quae sub se sunt differen  
tias, actu vero nullam, ac sic neque ex  
his que non sunt, aliquid fit, neque op  
positae species circa idem erunt.

¶ Enumeraturus differentiae significaciones, di  
cturusque de qua sit apud Philosophos sermo, haec  
prius descriptionem assignat, differentia est qua  
species exceedit genus, ut hoc, homo est animal ra  
tionale mortale, hic enim per rationale mortale,  
pluris est homo quam animal. Dubitat autem ex  
haec diffinitione Porphyrius dubitationem, quam  
tamen ipse soluit, assumens duo manifesta quedam  
accioꝝ, sic à Peripateticis uocata, quod ex se se  
dignam probationem facere uideantur, Cicero p  
excellentiam enuntiationes dixit, nonnullas ac  
maximas propositiones, huiusmodi, ¶ Primum

qui azio  
mata.

Primum.

AMMONIUS

hoc. Ex nullatenus usquam existente fieri nihil posse. Abacus enim fieri nunquam potuisset, nisi ex quo confessus est, lignum prius extitisset. Item domus, nisi ex quibus edificaretur camenta prius extitissent, ex camentis quidem nunquam fuisse construere. Secundum. Etiam Alterum hoc. Contraria in una eademque subiecta materia semel esse non posse. Omnia enim Oe contra inter se contraria sibi invenientur exitiosa. Hisce præriū est cor' positis, exurgit dubitatio in hunc modum. Differen-  
ruptiū sui tie uel præexistentes ex genere in species fient, uel contrarij. ex nullatenus usquam existente. Atqui utrumque ab sonum, nam si in generibus tamquam corporibus differetiae extiterint ierūt simul in eodem subiecto contraria scilicet mortale immortale, rationale irrationale, Sin uero non extiterint, unde igitur fient differentiae in speciebus nisi forte ex nullatenus usquam existente aliquod fieri posse dixeris, neque uero ex aliquo alio esse dicentur, quum inter genera ac species intermedium aliud nihil sit quam differentiae. Est igitur huiusmodi dubitatio non leuis, quam tam Porphyrius ipse Peripateticè soluens, dici contraria in eodem simul subiecto simul esse, actu quidem non posse, potentia uero nihil quicquam prohibere. Quæ res ut planius intelligatur dicimus sic,

Dubitatio.

Solutio.

Ens aliud  
actu aliud  
potentia.

Aliud est potentia quid esse, aliud actu. Potentia id est dicitur, quod est imperfectum, neque dum in actionem deductum, idoneum tamen se habens ut actu siet, uerbi causa. Puer potentia est grammaticus, quippe qui grammaticus esse poterit. Ac fr-

gida aqua potentia est calida , poterit enim effici  
calida , idque est esse potentia . Actu uero dicetur  
grammaticus qui eam scientiam sit perfecte co-  
secutus , quique grammaticam ipsam edocet . Simi-  
liter & aqua dicetur actu calida quae perfecte calo-  
rem bulliens suscepere. Dicit itaque quae cōtraria  
sunt frigidum , uidelicet ac calidum alicui simul  
actu adesse quidem non posse , potentia uero quin  
simul insint in eodem subiecto , nihil prohibere.

Duo cōtra  
ria in eodē  
subiecto in  
actu remis-  
so possunt  
stare.

Vt enim tepescens aqua , neque calida est ; neque  
frigida actu , Potentia uero utrumque . Atque ifans  
potētia & uirtutē habet & uitium , Ita etiam una  
quæque subiecta materia , poterit i se potētia semel  
habere plura cōtraria . Cōsequēterq; & ipsum quod  
materiæ rationē suscipit genus , habere i se omnes  
simul poterit contrarias . differentias . Item in uno  
eodemque subiecto quin plura cōtraria esse posse ,  
nihil prohibet , aliud enim erit potentia , aliud actu .  
Actu quidem quod frigidū est , dicetur potētia ca-  
lidum , nam suapte natura idoneū ut trāsmutari pos-  
sit in calidum . Hoc autem non intelligatur in his ,  
quæ alterius tantummodo sunt , susceptiua , qualis  
est chryſtallus , quæ quum frigida fit , nūquā caleſi-  
et . Et ignis qui nunquam admittet frigiditatem ,  
sed in his quæ utrumq; admittunt , quales aer &  
qua . Potētia igitur posset cōtrarie res in eodē sub-  
iecto simul i esse , niſi n . cōtraria duo admiserit pa-  
tētia , nūquā & actu subiectū ipsū trāsmutari i u-  
trūq; posset , trāmutatur aut̄ ideo , quoniā admittit .

## AMMONIVS

Dicit igitur genera habere contrarias differentias potentia. Neque tamen dici debere ex eo quod nul- latenus usquam sit fieri, aut in eodem subiecto con- traria esse. Huiusmodi autem solutione que Peripa- teticonum est, ideo Platonicus usus est Porphyrius, Platonico- quia quum quae ad Aristotelis prædicamenta pertin- rū opinio. nerent, scripturum se proposuisset, interdum etiā Peripateticum agit. Intelligendum est autem pla- tonicos huic solutioni contrarios, ut qui actu uelit differentias inesse generibus, ac non potentia. Dia- cantque nihil ambigendum, quin differentiae he- rationale irrationale, mortale & immortale, actu in- sint generibus, in quo demonstrando solent ratioci- nari sic. Ac primum quidem non inquiunt, esse con- trarium mortali immortale, & irrationali rationa- le, quod ita probant. Contraria omnia sese inuicē corrumpunt. At qui hec non modo non corrūpunt se, sed inuicē sese sustinēt, igitur nō cōtraria. ratio- nale quidē immortale deus, sustinet rationale mor- tale hominem, & irrationale mortale equum, ratio- nale mortale homo. curam habet irrationalium, dæ- mones immortales mortalium sunt custodes & qua- si gubernatores. Non igitur rationale & irratio- nale, mortale & immortale sunt inter se cōtraria. Si non contraria, prohibebit nihil quin simul inesse possint generibus modo quo appetitiue aliorum ui- res. ira, concupiscentia, sensuumque motus, & ra- tionalis uita, in eodem animali homine simul con- siderantur. Dicunt deinde, sint licet inter se con-

traria, non tamen absurdum, quin & actu in eos  
dem genere insint, quippe quum non insubiecta  
liqua materia corporea considerentur, sed que pr  
sus corpore uacat, quum uero genus corpore uac  
ans sit, quid prohibet, quo minus in se se contra  
ria suscipiat: Erunt igitur in eodem genere contraria  
simul esse non possunt, fit quoniam necesse erat am  
bo in eandem subiecti rationem transire, & utrumque  
que unius eiusdem corporis particeps esse, particula  
lare autem corpus nullum que se inuicem corrumpa  
punt contraria admittit. At uero in his que corpo  
ribus uacant non ita, habet enim in his natura con Formae sub  
triorum omnium rationem quemadmodum oculi statiales ea  
lusi albi & nigri, anima boni & mali, Corpus fri- lemētorum  
gidi & calidi, siquidem una atque eadem estras sunt i codē  
tio contrariorum. Nihil ergo inconveniens fateri, subiecto. &  
actu inesse generibus differentias. Patebit autem id tamē sunt  
manifestius exemplo sic. Abacus hic pluteus uero, tri contrariae  
angularis quadrangularis & rotundus simul fie= quia sūt sub  
ri iccirco non potest, quia confunderetur figura, esse remissio  
uerum non sic in anima, in qua quum inconfuse p= & actu in  
maneant insintque omnia, nihil prohibebit, ut hic cōpleto. nō  
idem Pluteus & triangularis & rotundus esse non pfectosicut  
possit, possumus nanque eum ipsum inconfuse & tri sunt i sphē  
angularē & rotundum & quadrangularem, imagi ris p̄prijs  
nari. Posunt igitur in his que corporibus uacant.  
contraria simul inesse actu. Argumentantur  
præterea sic. Si posita insunt generibus differētia;

## AMMONIUS

quidnam id erit, quod facit eas actu inesse speciebus. Quicquid certe potentia aliquid est, deducitur  
 Ens potentiā reducens in actum, per id quod est eiusdem ratiōis. uerbi cau-  
 tur in actū sa Aqueus humor frigidus, potentia tamē calidus.  
 per idquod Calidus quidem actu fieri nullo modo poterit, nisi  
 est actu. per ignem, qui actu est calidus, & puer potentia,  
 grammaticus: grammaticus actu fieri non poterit  
 nisi per eum qui actu est grammaticus. Si itaque  
 potentia insunt generibus differentiae, adducuntur  
 que in actum. Egebunt certe ad id alicuius alterius  
 qui actu habeat differentias. Atqui nihil est aliud;  
 præter hęc. Non insunt igitur posita generibus dif-  
 ferentiae. Itē quodcumque potētia aliquid inest, im-  
 perfectum, quodcumque uero actu perfectum. Si igitur  
 genera in se cōtinerent differentias potētia, spe-  
 ciesque actu, erunt quidem specialissima generalis  
 simis & perfectiora & digniora, quod ualde ab-  
 surdum. Erunt nanque causarum fætus, perfectio-  
 res causis. Necessarium est igitur differentias ines-  
 se generibus actu, ac non potentia. Abiciendum ne  
 ergo est Peripateticorum sermo: minimē. Nam quin  
 tria sint, ut sēpe dictum est, genera, Platōici de his  
 loquebātur, quae ante multa uocari diximus, in qui-  
 bus quando corporibus uacant, quum rerum omni-  
 um rationes actu insint, nihil prohibebit, quin simili-  
 liter & differentiae. Peripatetici uero non nisi na-  
 turaliter de his quae in multis. Intelligendum est au-  
 tem semper ab uniuersalibus ad particularia pro-

ficiisci naturam, hæcque illis priora esse potentia,  
ex immiso. Verbi gratia. Semine humano fit, ut  
alunt Medici, caruncula primum in matrice. Ea  
autem corpus est, corpusque est uniuersale, cor-  
pus itaque actu, animans uero potentia, nondum  
enim animans. Vbi uero nutritionem, augmen-  
tumque suscepit, actu quidem dicetur animans;  
potentia uero animal, ubi sensibus mouebitur, a-  
ctu animal, potentia rationale, ubi rationis, at-  
que orationis particeps factum, actu erit rationa-  
le. potentia uero grammaticum. Ecce ut in gene-  
ribus, quæ sunt in multis, inesse potentia possint  
differentiæ. Ac pulcherrimè, & per pulchritè qui-  
dem ita Aristotelici, quorum solutione, haud ir-  
rationabiliter usus est Porphyrius. Peripatetis-  
cum ut antea commonstrauimus, hoc loco agens,  
potius quam Academicum. Verum enim uero, quan-  
doquidem eas ipsas, scilicet quinque uoces incor-  
poreas diximus, absque ulla demonstratione, nunc  
age demonstremus, & ad scopum declarabimus,  
in hunc modum & formam. Corpus nunquam  
quomodo in maiori, pariter & in minori consi-  
deratur, sed aliter in elephante, & aliter in for-  
mica, at uoces considerantur. Item, corpus cor-  
pori quam additur, adaugetur id semper quod  
suscepit & assumit additionem. At genus, spe-  
cies, ac reliqua uoces, Socrati si adjiciantur à  
nihilominus excrescat Socrates.

Item, nunquam idem corpus semel in pluribus considerabitur, simile licet, non idem, alius enim qui in Ciceronis facie tuber ab illo qui est in facie Varro nis, similis licet, alius tamen. at genera & species considerantur. Item nunquam corpora diuisa, ex speciem et quantitatem conservuant eandem. Victorius quidem mummia si diuidatur, et specie expondere uictoriati priuabitur. at genera & species seruabunt. Item, omne corpus ex materia componitur et ex forma. at genus & species, nequaquam. Nunquam enim species ex specie componetur. Incoporeae igitur sunt quinque uoces. (Hactenus.) Quae in toto hoc opere interpretando discenda oportuit, oia iam, ni fallor, late complexi sumus. Dictionem deinceps ipsam tantummodo declaramus, legamus itaque eam, ac sicubi quid explicatis indigens interciderit, non dissimilabimus. (Animal enim nihil horum est.) Particeps sub audiendum, uel quid tale, perinde ac si dixisset. Animal utrumque suscipit, nisi enim rationale mortale suscipiantur ab animali. Vnde ea suscipere posset species non haberet, neque omnes oppositas. quoniam contraria simul inesse, sed uti existimat. Platonicus Porphyrius Aristotelica pertractans, quod non satis recte, quae sibi uideretur dicere potuisse, uti existimant, inquit Peripatetici; ac pulcherrime quidem hi, quum tantum naturaliter loquantur, priora autem uniuersalibus particularia, procedere ex potentia in actu.

Diffinitio

**C**Definiunt autem eam & hoc modo Differentia est quę de pluribus & differentiis specie in eo quod quale quid est prædicatur. Rationale enim & mortale de homine prædicatum in eo quod quale quid est: homo dicitur: sed non in eo quod quid est, quid est enim homo: nobis interrogatis, conueniens dicere animal. quale autem animal inquisitis: quod rationale & mortale est conuenienter assignabimus.

**A**perfectam differentiæ descriptionem tradit; ex ipsarum uocum diuisione suscepitam.

**C**Rebus enim ex materia & forma constantibus, vel secundum proportionē ad materiam & formam, constitutionē habentibus, quemadmodum statua ex materia quidem est ære: ex forma autem figura. sic & homo cōmuniſ & ſpecialis ex materia quidem proportionabiliter conſiſtit ex genere: ex forma autem differentia. totum autem hoc, animal rationale mortale, homo est, quem admodum illiſ statua.

**C**\* Assignat causam quare genus in eo quod qd ē; ac differentia in hoc quale quid sit prædicetur,

AMMONIUS

hoc modo. Res oēs uel propriē ex materia & for-  
ma constant, uel proportionabilē materiæ acfor-  
mæ rationem habent, quæ propriè ex materia &  
forma constant, naturales, ut homo, equus, quæ pro-  
portionabilē his rationem habent, artificiales, ut  
effictus à Lysippo Alexander, Bucephalus. In na-  
turalibus igitur rebus necessario inest & materia  
& forma. Materia aut q̄ primam appellat, id est q̄  
dixere chaos, rudis indigestaq; moles, nec quicq̄ nisi  
pondus iners. Forma uero ea que ei ingenita est spe-  
cies, rerum omniā que illic fiunt exornatrix. In ar-  
tificialibus uero, materiam quod & subiectum dici  
tur, uocant æs, quum uidelicet ex eo fit statua. For-  
mam uero speciem eam quam ex informatione su-  
scepit. Hic uero non propriæ est materia statuae,  
aut forma, p̄prie forma eius q̄ effictus ē. Sed p̄por-  
tionabilis p̄pria. i. naturali. Ars. n. imitatrix est  
Ars naturā imitatur naturæ, non autem emula. Sed cur subiecta natua-  
sed non af- ralibus una illa tantum materia? quia quum inuicē  
sequitur. transmutentur omnia, eiusmodi nunquā futura erat  
Aristo. lib. transmutatio, nisi certa quedam & commu-  
nī physico. nis omnibus materia subiecta fuisse. Fit quidem ex  
terra aqua, ex aqua aer, ex aere ignis. Ex ea mate-  
ria quæ suscipit humiditatem & frigiditatē aqua.  
Ex ea quæ frigiditatē & siccitatem aer. Ex ea quæ  
siccitatem & caliditatem, ignis. Similiter ex aere  
fit argentum, ex argento aurum. Cuius quidem  
rei rationem secutum, ut plerique me fateor, non-  
dum tamē consecutum, ut noster Antonius barba-

tus. Idque ideo quoniam una eadem omnibus est subiecta materia. fiet igitur ex libete statua. Ligneus uero abacus nunquam, nunquam enim quæ unius generis sunt, in alterius transmutabuntur. Patet ergo quodammodo naturales res oes ex proprie materia constet ac forma. Et cur necessario una sit oibus et de subiecta materia. (Habet quidem materie ratione genus, differetie vero species) Quodammodo non nihil iter se differunt, quatenus ex esse sunt lebetes. Sic quatenus animalia, nihil a nobis differet equi, canes. & id genus cetera. Differet autem per differetias. Ratiōis quodammodo nos & oratiōis p̄ticeps, illi uero ex parte. Quum itaque materia ipsa det rebus substantiam, species uero qualitat. Rationabiliter quodammodo genus similem materie rationem habens, in hoc quid est, differentia uero, formae, in hoc quale quid est praeditatur. Et communis & specificus. Uniuersalis & singularis.

Materia est  
subiectum in  
quo fiunt  
omnes trans-  
mutatioēs:

**C**onscribunt autem & hoc modo. Differentia est quod aptum natum est dividere ea quod sub eodem genere sunt. Rationale enim & irrationale: hominem & equum, quod sub eodem genere sunt, quod est animal, dividunt. **C**onscribunt autem & hoc modo. Differentia est quae differunt a se singula. Namque homo & ea quis secundum genus non differunt sumus enim animalia, nos, & equi sed additum rationale

AMMONIUS

disiunxit nos ab illis , & rationales sumus & nos & dii, sed mortale appositum diuisit nos ab illis.

**A** Et rationale hominem ab equo , mortale , & diis .

Exactius autem pertractantes ea quae ad differentiam pertinent , dicunt non quodlibet diuidentium ea que sub eodem genere sunt , esse differentiam , sed quod ad esse cōducit , & quod quid erat esse , & quod rei pars est . Neque enim quod natum est nauigare , est hominis differentia , & si sit proprium hominis . dicere enim possumus animalium hæc quidem apta esse ad nauigandum , illa vero minime , diuidentes hominem ab alijs , sed aptum natum esse ad nauigan dum non est substatię cōpletivum , nec eius pars , sed aptitudo solum ipsius . i.e. circo quia non est talis differentia , quae sunt que specificè edicuntur differen tie . Erunt ergo specificè differentiae , que cunque alteram faciunt speciem , & que cunque in eo quod quid erat esse accipiuntur . Et de differentia quidem ista sufficient.

Vt sedere ac stare, symum & aquilinū esse, quas  
 communes ac proprias appellatas à Porphyrio dia-  
 ximus, sed tantummodo plusquam propriam, ut  
 mentis ac scientiæ capax esse, quæ differentia soli  
 conuenit homini, non deo, quia is est totius mentis  
 & scientiæ origo, non & brutis, quia id eis minimè  
 est innatum. Scientiæ inquam capax non certe ali-  
 cuius, ut grammaticæ, dialecticæ, & eiusmodi, sed  
 generaliter omnium. (Et eius quod quid sit es-  
 se, & quod rei est pars.) Hoc est ad diffinitiones,  
 hoc enim ipsum quid sit esse, apud Aristotelem, si-  
 gnificat diffinitionem, non secus quam apud gram-  
 maticos, arma bellum, & togā pacem. Neque irra-  
 tioabiliter, postquam diffinitio, uniuscuiusque rei,  
 ut diximus naturam ostendit. (Quæ igitur pars  
 est diffinitionis illud discernit.) Mētis enim & Diffinitio-  
 scientiæ capax esse, pars fuit diffinitionis, quæ dif- nis officiū:  
 ferentia hominem discernit ab reliquis animalibus;  
 (Non enim suapte natura aptum ad nauigā-  
 dum.) Non intelligatur hoc loco nauigare ut  
 quum dicimus, gens inimica mihi tyrrhenum na-  
 uigat æquor, hoc est nauigio supra aquas fer-  
 ri, id enim melius fiet ab his quæ rationis atque ani-  
 mæ expertia sunt, sed nauticam exercere, ac gu-  
 bernatorem esse, quod & si hominis proprium sit, Quid aptū  
 non tamen hominem ipsum plenē designabit. Nam ad nauigā  
 si aliter, qui minimè nauigarent, nō essent hoīes dum.

Porphirio

DE PROPRIO. CAP. V.

K iii

**R**opriumvero quadrifariam diuidunt. Nam & id quod solalicui speciei accidit. & si non omnis proprium dicitur, vt homi medicis esse, vel geometriaram. Et quod omnis accidit specii, et si non soli, quemadmodum homi, esse bipedem. Et quod soli & omnis, & aliquo: vt omni homi, in senectute canescere. Quartum autem in id quo conuenerunt & soli, & omnis & semper: quemadmodum homini, esse risibile, Nam & si non semper rideat; tunc risibilis dicitur, non quod rideat semper: sed quod semper aptus natus sit vt rideat: hoc autem ei semper connaturale est, quemadmodum & equo hinnibile: Hac autem & proprie propria dicuntur, quoniam etiam conuertuntur. Si quid enim equus: hinnibile est: & si quod hinnibile est, equus est:

**R**OSTQVAM de differētia plene locutus est. Nunc de proprio disserit, ac rationabiliter hunc ordinem seruavit, nam quum de substantialibus locutus, hactenus fuisse, necessario & de his que supra substanciales sunt fuerat hoc loco dicendum. Verum enim uero à proprio non al-

accidenti caput, quoniam tanquam spatium id est proprium inter substantialia & accidentia medium. Habet uelut media enim communitatem cum substantialibus, qua & um Inter soli & omni & semper existit, quemadmodum sub stantialia, habet & communitatem cum accidenti bus qua separari à subiecto potest per cogitatione, quemadmodum & illa. Enumerat autem ex supe riori Aristotelice preceptionis forma, significa tiones prius, quā de qua agitur, differat. **A**uditur itaque proprium quadrifariam sic . Pro prium uel uni soli inest speciei uel non soli , uel om ni , uel non omni; uel semper, uel non semper, ex qua diuisione fiunt significationes quatuor.

**A**prima hæc, proprium id est quod soli alicui ac cedit, non autem omni: ut hominem esse medicum. Philosophum, geometram, astronomum, & eiusmo di.

**A**Secunda hæc, proprium id est quod om ni non autem soli accedit ut bipedem esse, id enim non hominibus solum, sed & uolucribus inest.

**A**Tertia hæc, proprium est quod & soli & omni, nec tamen semper, & aliquando conuenit, ut hominem in senectute canescere: Est enim id solius hominis proprium in senectute solum.

**A**Quarta hæc, proprium est qd' & soli, & oī semper inest, ut homini risibile, equo hinnibile. & ani latrabile. potentia non autem actu, non etenim quandiu homo ridet, risibilis, sed quatenus su apte natura aptus natus est ad ridendum.

proprium  
quadrifa  
riam sumi  
tur.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Est itaque hoc propriè. Proprium, quod & soli & omni & semper iexistit. Quapropter iure quidem Porphyrius reliquis omisssis, cōius proprium suscipiens, eo modo quadrifariam diuisit. Intelligendum autem ex superioribus tribus contrapositionibus, unde hæ proprij significaciones suscep̄tæ. Soli scilicet non soli, omni non omni, semper non semper. Si mutuo inter se complicentur, plures adhuc efficiunt iugationes. quarum consistentes aliae, aliae inconsistentes, hoc pacto.

Soli & omni	Non soli & omni
Soli & non omni	Non soli & semper
Soli & semper	Non soli & non omni
Soli non semper	Non soli & non semper

(Huic autem ipsi semper insita quatuor.) Dicendo insita potentia innataque aptitudinem significavit non actionem, & si. n. no semper rideamus, risibiles tamen semper sumus. Ipsum nanque ridere potentia habemus semper, Apti siquidem natu sumus semper ad ridendum, quare non semper ridentes dicimur, sed risibiles, aliud nanque est ride re, aliud risibile eē, aliud hinire, aliud, hinibile eſe.

## DE ACCIDENTI. C A P. VI.

Ccidens autem est quod ad est & abest præter subjecti corruptionem : Diuiditur autem in duo : nanque id eas separabile est, & illud inseparabile.



est enim dormire separabile accidens .  
nigrum vero inseparabiliter coruo &  
æthiopi accidit. Potest enim intelligi &  
coruus albus , & ethiops abiens colo  
re, preter subiecti corruptionem. ¶ Dif  
finiunt autem sic quoque. Accidens est  
quod contingit eidem inesse & non in  
esse. ¶ Et quod neque genus est , ne  
que differentia , neque species , neque  
proprium. semper autem est in subiecto  
subsistens. Omnibus igitur determina  
tis que proposita sunt (dico autem ge  
nere, specie, differentia, proprio, & acci  
dente ) dicendum est , que eis commu  
nia sunt: & que propria.



M N I B V S expa  
ditis que ad generis  
speciei, differentiae,  
ac proprij rationes  
uisa sunt pertinere,  
quando postremum  
habuit ordinem ac  
cidens , restat ut ex  
de eo ipso dicamus.  
Verum enim uero in  
telligendum non solita docendi ratione, qua in su  
perioribus & hic nunc uti. Nam quum antea uari

## AMMONIUS

as primū significatiōes solitus sit enumerare, deinde  
de qua ageretur edocere. Hic pr̄sus neglexit, ac sta-  
ti accidē. ipsius descriptiōe aggreditur, qd factū  
rōne nō caret. Intelligebat. n. nullam esse acciden-  
tis significationē aliā, de qua Philoso. imo ne grā-  
maticorū qdē sermo esse possit. Id aut adesse & ab  
esse citra subiecti rorruptionē, uel ex hoc patet, q.  
īcorporeū sit. corporeū. n. si eſet id cui adiunctū eſ-  
set augeretur, ex quo dimotū, minueretur, & cui ac-  
cideret subiectū corrūperetur. Nihil aut horū est,  
igitur īcorporeū. Itē, si corporeū eēt accidē, unus  
certè locus plura semel erit corpora cōprehēsurus, q.  
fieri nullo mō pōt. Atq plura accidētia in uno &  
eodē loco semel quādo sint nūhl phibet, ut in malo  
odorē, & colorem. & dulcorē. Nō igitur ē corpo-  
reū accidēs, aliter. n. unū nō poterāt illa habuisse lo-  
cū. Nūq. n. ut quādo cōpimus metro agā, per cor-  
pora corpus innocuū trāsire pōt. Ea uero que sepa-  
rari poſſe dicūtur accidentia, ut sedere. stare. cale-  
fieri. frigefieri. siue adsint, siue non subiectum nō  
corrumpere, per se quidem perspicuum, haud quan-  
quam eget, probatione. Quinetiam & que separa-  
ri nō poſſunt, ut simitas, aquilinitas, & nigredo ea  
que eſt in coruo. Aberunt à subiecto, nec tamē cor-  
rumpent, & si non actu. Cogitatione, licet. n. aqui-  
linum intelligas Socratem, & Ciceronem simum.  
Idem nihilominus tamē erūt, sed dubitari à pleris  
que solitu ē, nō omnibus cōuenire accidentibus, de-  
scriptionem illam. (Quod adeſt & abeft.)

Sed tantummodo his quæ separantur, quum quod ē coruo atque æthiope inest nigrum; dimoueri citra corruptionem subiecti nullo modo poscit. Quibus responsio debuit fuisse satis. Quum diximus, & si nō actu, cogitatione. Cogitatione quidē in coruus atq; ætiops esse albi poterunt, nec tamen corruptentur, nam & si discerpserit quis à coruo pennas, nihilo minus erit coruus. & æthiopen si mente album cō ceperis, erit nihilominus homo. Non sic autem homo si intelligatur non animal, hoc enim s. f. esse animal nullo unquam pacto uel per cogitationem ab homine separabitur. Quæ igitur non separantur accidentia, si actu non absint, abesse tamen poterunt cogitatione, & Solitum item est, plarisque non uerum uideri illud adesse & abesse citra subiecti corruptionem, quum febris ipsa tantopere cui acciderit animali, corruptat. Addubitandum autem id fuerat non in febre solum, sed in nimia frigiditate, siccitate, & humiditate, quæ omnia immoderate quum accidunt non minus corruptunt quam febris. Dicimus itaque, quod quemadmodum in chordis quum intenduntur nimis, ac nimis remittuntur, perditur harmonia, nec tamen ipse corruptuntur, ita & hic, caliditate uel frigiditate nimia, harmoniam uastari. Subiectum uero ipsum corpus saluum remanere. Non enim caliditas uel frigiditatis subiectum simpliciter esse animal, sed corpus, quod ex contrarijs hisce compositione, frigido, calido, sicco & humido.

Accidentia  
in eo quod  
accidentia  
in suo esse  
formalipri  
ori à substā  
tia non dea  
pendent. ue  
rūn tamen  
in esse mate  
riali, quum  
prædicamē  
ta realiter  
distinguishan  
tur: itaq; ne  
dū cogita  
tiōe uerum  
etiam re di  
stinguūtur.

## AMMONIUS

Si namq; uno aliquo eorum constaret solo , ut belle  
 ait Hippocrates,homo nō admodum doleret,siqui  
 dem & unum alterum esset,quo sanaretur . Sed quū  
 uicissim modo inter se dominetur,modo in amicitia  
 conueniant,non solum ex dictis qualitatibus com-  
 ponetur,sed etiam ex quodam alio subiecto,secun-  
 dum propriam rationem qualitate carentis corpo-  
 ris,trifariam diuisio, in quo tamē insit omnis qua-  
 litas,nulla autem qualitas repugnat,corrumpitūc  
 id in quo inexistit subiectum,quippe quoniam & se  
 ipsam corrumperet.corrupto enim eo in quo inexi-  
 stit,necessarium cum per se consistere amplius non  
 possit,corrumpi & ipsam . Nihil uero se corrumpit,  
 & qualitas huic qualitati repugnat , non autē  
 subiecto . Non igitur id fieri poterit ut febris,uel a-  
 lia quævis qualitas, subiectum corrumpat suum.  
 Postquam ònia in rebus eiusmodi sunt,ut suapte na-  
 turam mortem fugiant,salutemq; expetant. Scien-  
 dum itaq; quum ex contrarijs his quæ corpori ad-  
 miscentur qualitatibus abundās aliqua superexces-  
 serit,necessario totius corporis perire harmoniam  
 Nam dum queq; subiectum,in quo salus posita sit,  
 præripere conatur,pugnant inter se,atq; alia ali-  
 am pellit,ut qui de communi agro concertantes .  
 ui alteri alteros de possessione deisciunt.Calido igi-  
 tur ac frigido circa idem subiectum depugnatibus  
 quod à neutrō magis dominabitur subiectum, id ea-  
 rit moderatum.quod ab altero,contrariam qualia-  
 tem perdet,ipsum uero patitur nihil. non enim

potest subiectum à qualitate corrumpi. A febre igitur corrumpitur quidem earum que corpori accidunt qualitatum harmonia atq; habitudo, non autē accidens. ipsum illis subiectum corpus. Verum enī uero in stabit fortasse quispiam aduersus ea quæ diximus. Dubitatio. Dicetq; febri subiectum non simpliciter esse corpus sed taliter his illis qualitatibus affectum, quod uel febre uel horrore uehemeter ingeneratis facile corrum patitur. Neq; uehementem aliquam caliditatem febribus esse, ut in candescēti ferro atq; igne, sed in corpore tantummodo animalis, quo perditō, perdatur & febris. Huiusmodi addubitationem soluimus à principio sic. Immutationes motusq; omnes, in quatuor hisce fiunt prædicamentis. Substantia, quātitate, qualitate, atq; ubi. Quæ per substantiam fit immutatio, generationi obnoxia est & corruptioni Generatio exente in non ens. Corruptio exente in non ens immutatio. quæ per quantitatē, augmentatio & diminutio. quæ per qualitatem, alteratio. quæ uero per locum, commutatio. Si igitur generatio, substantiarum est ex non ente in ens immutatio, contraria huic corruptio ex ente in non ens, fortasse & ipsa per substantiam, erit immutatio. Febris itaq; & si corrumpat subiectum, non tam ob id dicetur accidens, sed per substantiā potius immutatio, ea quam uocant corruptionē. Generatio autem & corruptio alteritates quidem non sunt, sed sine alteritate fieri nequaquam possunt. Quādo igitur moderata fient alteritate caliditas

## AMMONIUS

Et frigiditas, quatenus non perimunt temperatam  
eam quæ in animalis corpore est habitudinē, acci-  
dētia dicentur, quæ citra subiecti corruptionē se-  
parētur. Quando uero uehemētiori, ut deperimāt,  
non dicentur per accidentis amplius. sed per substā-  
tiā immutationes. Non omnis igitur febris subie-  
ctum perimit. sed ea tantummodo, quæ uehementis-  
or est atque immoderata, hoc est non quæ accidentis  
est, sed quæ id quod est, in id quod non est transmuta-  
tē. Neque uero de tinea caluicioque quod capillos  
corrumpant; addubitandum, non enim his subiici-  
untur capilli, sed caput, quod quidem ab eis minime  
leditur. (Nigrum autem esse, coruo & æthio-  
pi inseparabiliter accedit.) Pulchrè dixit coruo  
& æthiopi. sūt nāq; multa nigra, quæ tamē dealban-  
tur, pulchrè & inseparabiliter auferri. n. ab eis aco-  
tu nigredo haudquaquam potest. Scindum  
tamen ut dictum est, quæ inseparabilia uocantur  
accidentia, separari conceptu posse, plusquam pro-  
prias uero differentias nunquam. Nunquam enim  
fieri ullo modo hoc poterit, ut extra rationabile,  
homo, extra immortale deus intelligatur. (Acci-  
dens est quod in eodem & inesse & non ines-  
se potest) Aliam tradit accidentis descriptionem;  
priore diligentiorē multo atque meliorem. Ma-  
gis enim congruit inseparalibus, hoc quod in eo-  
dem potest & inesse & non inesse, quam illud quod  
adest uel abest. (Vel quod neque genus est, ne  
que differentia; neque species, neque propri-

Species in-  
telligi non  
potest abs-  
que genere  
& differē-  
tia quod sit  
de Illius es-  
sentia.

um semperque in subiecto inest.) Alia haec est accidentis descriptio, quæ tamen alicui fortasse uia debitur potuisse & reliquis assignari, ex antedictorum dimotione, hoc pacto. Genus est quod neq; species est, neque differentia, ne que proprium, neque accidens, quodque semper in subiecto inest. Similiter species est quod neque genus est, neque differentia, neque proprium, neq; accidens, semiliter & in alijs, non determinauit autem illas eo modo, quoniam nondum cognitæ erant quæ sequebantur uoces. Nunc uero posteaquam edocuit iam omnes, haud quidem irrationabiliter ita est accidens diffinitum, sed quia ex illarum quatuor dimotione sic. Accidens est quod neque genus est, neque species, neque differentia, neque proprium. Potuisset inferri hippocentaurus, hircoceruuſ. & eiusmodi quamplurima; adiunxit illud quod semper in subiecto inest, eximens & hircoceruum & chimeram, quæ quum in nullo insint subiecto nix sola mente concipiuntur. Postquam igitur qd eſet accidens ex eius substantia diffinire non potuit, ex abnegatione descripsit huiusmodi, quod neque genus, neque species, neque differentia, neque proprium, & tamen quid eſet quoquo ipso modo significauit, eo quod in subiecto semper existit.

**DE COMMUNITATE  
QVINQUE VOCVM.  
CAP. VII**

## AMMONIUS



Ommune quidem est omnibus de pluribus prædicari quemadmodum dictum est Sed genus quidem, de omnibus sub se speciebus & individuis, & differentia similiter, species autem de his quæ sub ipsa sunt individuis. At vero proprium & de specie, cuius est proprium, & de his quæ sub specie sunt individuis, accidens autem & de speciebus & de individuis. Namque animal, de equo & bove prædicatur, quæ sunt species, & de hoc equo, & de hoc bove, quæ sunt individua, irrationale vero & de equo & bove, & de his qui sunt particulares prædicatur: species autem ut homo, solum de his qui sunt particulares homines, prædicatur. Proprium vero de specie cuius est proprium, & de his, quæ sub specie sunt individuis, ut risibile de homine & de his qui sunt particulares, nigrum autem & de specie coruorum & de his quæ sunt particulares, quod est accidens inseparabile, & mortueri de homine & de equo quod est accidentis separabile, sed principaliter quidem de

dem de indiuiduis : secunda ratione au-  
tem de ihs quę continent indiuidua.



I Q V I S Q V A M  
alius est inter Platoni-  
cos admirabilis, Por-  
phyrius frater is est in  
hoc maxime libello, ubi  
ita Peripateticum, quā  
do id propositum erat;  
agit, ut tamen Acadē-  
micum se non obliuiscā-  
tur; & ne latum, ut inquiunt unguē, à principe  
Platone discedat, ex Parmenide, Theeteto, Phile-  
bo, ac sophista, didicerat, diligentem peruestigandū  
sit, necne id de quo quereretur, & si sit, quid, qua-  
leue sit. Præterea unum ne an multa, si unum iden-  
titatem ne habeat an alteritatem, hoc est sibi ne si-  
mile in sua semper substantia permaneat, an dissimili-  
le accidentibus sit obnoxium. Si multa, finita ne an  
infinita. si finita, quando unicum est rerum omnium  
principium, habeant ne quid commune, an quando  
q; multa sunt dissimilia, esse oportet, quid sibi unum  
quodque peculiariter proprium. Commune au-  
tem idest; quod idem pluribus cōpetit, ut dijs & ho-  
minibus rationale.

Commune.  
proprium.  
Proprium uero est, quod à plurium communione disiunctū uni soli tribuitur,  
ut homini risibile, & equo hinnibile. Vnde quum in  
cunctis rebus quas plurimas esse constat, hęc tria cō-  
siderantur, ovo ion quam in latino Plautus Entia

Additio  
interpre-  
tis.

nominauit, cōitas ac proprietas, sic n. melius, ut ar-  
bitror, quā identitatē & alteritatē Ammonius di-  
xiſet, de uocē substātia. nā hoc etiā p. ouſic usur-  
parunt, postq plenē differuit de earundem cōitate,  
nunc & proprietate. Primū aut̄ unam oībus cōionē  
assignat, ut unaqueq; cōparari ad reliquas posset;  
deinde quibus inter se cōueniant, quibusue differat  
ostendit, q̄q mediocri quiuis ingenio præditus, ex  
superioribus facile in hanc ipsam cognitionem per-  
uenire per se potuiſet, sed propius ad Ammonium.

Sciendum est hoc loco inquit, si ex pluribus qui-  
buscung; inter se comparatis uoluerimus addiſ ce-  
re, quot fiant differentiae, hac nos ratione ad eam  
rem uti oportere, dato nūero aliquo sumatur uno  
minor, multiplicabimusq; in priorem, quodq; effi-  
cetur, patiemur bifariam, ac totidem dicemus fieri  
comparationes. Verbi gratia, sic. Quinque sunt  
uoces, sume uno minorem, quatuor, multiplicesq; in  
priorem, quinque hoc modo, quater quinque ui-  
ginti. Horum rursus sume dimidium, ac manebunt  
decem. Totidem igitur dicas fieri quinque uocum  
inter se comparationes. Sumitur autem uno minor  
numerus, quoniam de eodem idē nihil assumit. multi-  
plicamus uero quia eorum comparationem queri-  
mus, effecti postremo numeri capimus dimidiū, quia  
ex multiplicato eueniret bis eadē comparari. Una  
queque enim carum quinque, compararetur ad re-  
liqua quatuor, genus ad speciem, differētiā, pro-  
rium atque accidens, species ad genus & reliqua

tria . ( Verum propiori quidem ratione de  
individuis , posteriori & de his quæ continet  
individua . ) Nec essarium hoc loco præceptum tra-  
dit Porphyrius , id est huiusmodi ; genera & diffe-  
rentias de speciebus & individuis prædicari . Dici-  
tur namque & homo & animal rationale Socrati-  
tes . sed de speciebus proximius , de individuis remo-  
tiis , animal enim est & homo & Socrates , ratio-  
nalis est & homo & Socrates . Prædicantur item  
& proprium & accidens de speciebus & individu-  
is , risibilis namque albusq; est homo & Alcibiades ,  
sed principali ratione de individuis , posteriori de  
speciebus , particulares deinde homines risibiles di-  
cuntur & albi , non eo quod universalis homo risi-  
bilis albusq; sit , is enim quia corpore uacat , nullo  
pacto potest esse eiusmodi , sed hoc quia ipsi tales ,  
Vniuersalia namque de his solum dicuntur , quæ  
sunt in multis ac super multis , ut sæpe iam antea  
demonstrauimus .

Vniuersale  
triplex est  
dictum , ana-  
te multa , in  
multis , post  
multa .

**C**ommune autem est generi , & diffe-  
rentiæ continentia specierum . Conti-  
net enim differentia species , & si non  
omnes quot genera . Rationale enim  
( et si non continet irrationalia , quemq;  
admodum aīal ) tñ cōtinet hoīem & de-  
um , quæ sunt species . Et quæcumque  
prædicantur de genere ut genus , & de  
his quæ sub ipso sunt speciebus præ-

De generis  
& differen-  
tiæ cōmu-  
nitatibus .

Græcè,  
Vt gene  
re.

dicantur. & quæcunque prædicantur de differentia ut differentia : & de ea (quæ ex ipsa est) specie prædicabuntur. Nam cum genus animal sit, non solum de eo prædicantur ut genus, substantia, & animalium & sensibile; sed etiam de ijs quæ sunt sub animali speciebus omnibus prædicantur hæc, vsque ad individua. cumque differentia sit rationale, prædicitur de eavt differentia, id quod est ratione vti: & non solum de eo quod est rationale, sed etiam de ijs quæ sunt sub rationali speciebus, prædicabitur ratio ne vti. ¶ Commune autem est peremptio genere, vel differentia: simul perempti quæ sub ipsis sunt. Quemadmodū enim si non sit animal, non est equus, neque homo; ita si non sit rationale, nul lum erit animal quod vtatur ratione.  
 Postquam in uniuersum quinque uoces comparauit ostenditque & communitatem & proprietatem earum, intendit nunc particulariter unamquam; resumere, & comparationem uniuscuiusque ad reliquas facere, ac quid commune, quid peculia riter proprium habeant demonstrare. Commune autem generi & differentiæ hoc species continere genus comparat ad differentiam; docetque am-

borū cōmuniones. Sunt autem huiusmodi genus ac  
 differentiam continere species, prædicari de eisdē,  
 ipsisque peremptis perimi et species (Quæcūque  
 prædicātur de genere, ut genus est, eadē & de  
 his quæ illi subsunt speciebus prædicantur.)  
 Quæcunque inquit de animali prædicantur, eadē  
 et de speciebus, et de individuis prædicabuntur,  
 de horaine scilicet Socrate ac Platone. similiter et  
 in differentia. Sed nunquid postquam de animali  
 prædicatur genus, ut quum dicimus, animal est ge-  
 nus, propterea et de specie et de individuo prædi-  
 cabitur? Sic quidem oportebit et hominem dici ge-  
 nus et Socratem, quumque dissyllabum sit genus,  
 dissyllabum esse et Socratem. Dicendum eam ipsam  
 fuisse causam, quare communiter Porphyrius adic-  
 erit illud, ut genus, hoc est ut res, non ut habitus si-  
 gnificans, ueluti illud genus et dissyllabum. Quæ-  
 cunque igitur de animali ut animal est, prædicatur,  
 id enim est illud ut genus, eadem omnino et de spe-  
 ciebus, et de individuis prædicabuntur. Genus enim  
 de animali non ut animal est, prædicatur, sed ut e-  
 ius ad ea quæ sub eo sunt habitum ostendit, non enim  
 solummodo hominis, equi, ac ceterorum genus ani-  
 mal, sed et color genus, albi, nigriq;. Genus igitur  
 de animali non ut animal est prædicatur, sed ut ha-  
 bitum eius ostendit. ad ea quæ sunt sub eo, itaque de  
 speciebus et individuis minime prædicabitur. Illud prædicat  
 idem quoque erit in differentia, quæcunque enī de tur.  
 differentia ut differentia est, ac non eius respectum

Rationes,  
quibusquid  
prius cog=   
noscitur al=   
tero, due.

habitumq; significantia prædicantur, illa eadem q;  
de omnibus quæ sub ea sunt speciebus indiuiduisque  
prædicabuntur. (Commune autem & hoc, per-  
empto vel genere vel differentia simul peri-  
mi, & ea quæ sub eis collocantur.) Due sunt  
rationes earum rerum quæ suapte natura sunt pri-  
ores, perimere ac non perimi, inferre & non infer-  
ri, quas nunc, & generi, & differentiae, dicit eſe  
communes.

De eorum-  
dem ppric-  
tatis.

**C**Proprium autem est generi de pluri-  
bus prædicari quam differentia, & spe-  
cies, & proprium, & accidens. Aīal enim  
de homine & equo, & aue, & serpente,  
prædicatur, quadrupes vero de solis qua-  
tuor pedes habentibus; homo vero de  
solis indiuiduis & hinnibile, de equo so-  
lum, & de his quæ sunt particulares; &  
accidēs similiter de paucioribus. Opor-  
tet autem differentias accipere, quibus  
diuiditur genus: non eas quæ complent  
substantiam generis, sed quæ sunt diui-  
siue. Amplius. Gentis continet diffe-  
rentiam potestate (aīalis enim hoc qui-  
dem rationale est, illud vero irrationa-  
le) differentię vero non continent gene-  
ra. Amplius. Genera quidem priora  
sunt ijs quæ sunt sub se positię differen-

tiis, propter quod simul quidem eas auferunt, nō autem simul auferuntur ab eis. Sublato enim animali, auferunt rationale & irrationale, differentię vero non amplius simul auferunt genus, nā & si omnes interimantur, tamen substantia animata sensitiva intelligitur, quę est animal. Amplius. Genus quidem in eo quod quid est, differentia vero in eo, quod quale quiddam est, quemadmodum dictum est, prædicatur. Amplius. Genus quidem unum est secundum uanquamque speciem, ut hoīs id quod est animal, differentię vero plures sunt ut rationale, mortale, mentis & disciplinę perceptuum, quibus ab aliis animalibus differt. Et genus quidem consimile est materia, formae vero differentia. Cum autem sint & alia communia, & propria generis & differentię, nunc ista sufficient ,

**P**ostquam exposuit quām inter se similitudinē habeant genus & differentia, dicit nunc quas habent dissimilitudines. Sunt autem hęc, genus de pluribus quām differentiam ac reliquas uoces, prædicari. Continere potentia differentiā, nec contineri prius itē esse quām differentiā, genus in hoc qd est

Hec secundum  
dum Plato  
nem.

L iiiij

AMMONIUS

bus prædicantur, esse unū quodammodo totū. (Ac  
cipiatur autem species ut species.) Pulchrē il-  
lud ut species adiunctum, ne forsitan aut specialis  
simam sumeres, quæ de pluribus non prædicatur;  
aut subalternam, quæ tum genus, tum species eſe  
potest. Inuenitur etiam genus quod & si subal-  
ternum, ut species accipi oportebit non ut genus, si  
speciei & generis, ac non amborum generum com-  
parationem facere uolueris. (Commune item &  
his est, priora eſe quam ea de quibus prædi-  
cantur.) Ideo præposuit communitatem illā de plu-  
ribus prædicari, ut diceret hoc, priora eſe quam il-  
la de quibus prædicantur.

De eorūdē ¶ Differunt autē eo quod genus qui-  
dem continet species sub se, species ve-  
ro continetur, & non continet genera.  
de pluribus enim genus quam species  
prædicatur. Amplius. Genera quidem  
præiacere oportet, & informata specifi-  
cis differentiis perficere species, vnde &  
priora sunt naturaliter genera, & simul  
interimentia: sed quæ non simul interi-  
mantur, & species quidem cum sit: est  
& genus omnino, genus vero cum sit:  
non omnino erit species. ¶ Et genera  
quidem vniuoce de speciebus prædi-

cantur: species vero de generibus minime. **A**mplius. Genera quidem abundant, earum, quae sub ipsis sunt specierum continentia: species vero a generibus abundant propriis differentiis. **A**mplius. Neque species fiet unquam generalissimum, neque genus fiet unquam specialissimum.

**A** Quam proprietatem genus & species inter se habeant nunc ostendit. Ea autem huiusmodi, genus continere species nec contineri, priora esse genera quam species, genera predicari uniuocè de species non econtrario, genera exuperare species species, species exuperare genera differentiis, generalissimum non posse fieri specialissimum, nec species 5. metaphys generalissimum. (Præsupponi oportet, te. co tet.) Animal enim ut dictum est tanquam materia mens. 16. le præsternitur, suscipiensque rationale & mortale ge priora facit hominem. Item animal genus, homo autem species. natura esse (Priora suapte natura sunt genera.) Due sunt quecunque regulæ, quibus que suapte natura priora sunt, dis possunt secerni solent. Prima haec, prius idest quod perimi, paratim est nec perimitur, uerbi causa. Animal si tollatur tolle se sine alijs tur simile homo, prius igitur quam homo, animal. Se cùda haec & alia non prius, idest quod si fertur nec fertur, uerbi gratia. ex sine ipsis: homine infertur animal, non aut ex animali homo

## AMMONIVS

Secundum utramque igitur regulam natura prius est quam species genus. genus enim non infert necessario specie, at species infert statim genus. (Species genera exuperant.) Quoniam constitutivas sui differentias actu ipso continent.

De generis & proprij coitatis. Generis autem & proprij commune quidem est, sequi species. Si quid enim homo est: animal est, & si quid homo est, risibile est. Et equaliter praedicari genus de speciebus: & proprium de his quae illo participant individuis, aequaliter enim & homo, & bos animal est. & Cato, & Cicero risibile est. Commune autem est etiam uniuoce praedicari genus de proprijs speciebus: & proprium de his quorum est proprium.

Postquam comparavit cum differentia & specie genus, comparat nunc idem cum proprio. Dicitque eorum communitates, que sunt huiusmodi, sequi species similiter uniuoce praedicari, ut de speciebus genus, ita de individuis proprium. Sequi autem dicitur uel quod maius est id quod est minus, ut hominem animal, uel quod aequalis est, id quod aequalis, ut hominem risibile, nam si homo est & animal & risibile erunt. (Commune item & uniuoce praedicari.) Propter hanc cognitionem supra proprium esse diximus tanquam spatium illud quod inter utraque castra praelio relinquitur, inter substantia-

tialia ac supra substantialia medium, propinquius tamen substantialibus.

**C**Differunt autem, quoniam genus quidem prius est: posterius vero proprium. Oportet enim esse animal: de hinc diuidi differentijs & proprijs. Et genus quidem de pluribus speciebus prædicatur, propriumvero de vna sola specie cuius est proprium. Amplius, Proprium quidem conuersim prædicatur de eo cuius est proprium: genus vero de nullo conuersim prædicatur. Nā neque si quid animal est: homo est, neque si quid animal est, risibile est, si quid vero homo est: risibile est & conuerso. Amplius. Proprium omni speciei inest cuius est proprium & soli, & semper: genus vero omni quidem speciei inest cuius fuerit genus, & semper, non autem soli. Amplius. Propria quidem interempta, non simul interimunt genera: genera vero interempta simul interimunt species: quarum sunt propria: quare & his quorum sunt propria interempts & ipsa simul interimuntur.

Postquam generis ac proprij cōitates declarauit, ostēdit nunc quas habeant proprietates. Sunt autē hmoi

De eorum  
dem pprie  
tatis.

genus prius, pprium posterius, genus de pluribus  
 prædicari speciebus, propriū de una sola, ex cōmu-  
 tatione prædicari posse propriū, genus nequaquā.  
 Propriū suæ spēi oī & soli & semp inesse, genus oī  
 & semp, non autē soli. Si interimantur species non  
 interimi quorum sunt spēs genera. At pprium interi-  
 mi, interempta eius si fuerit spēs. (Genus prius.)  
 Prius intelligatur nō tempore sed natura. Propria  
 quidē perēpta nō periment genera, at uero genera  
 si tollātur, tollētur & spēs & quae in speciebus in-  
 sunt ppria. uerbi causa. Perēptū si fuerit animal;  
 perimetur hō, perimetur & risibile, haud quidē ir-  
 rationabiliter. Si n. interēptis speciebus iterimūtetur  
 & ppria, iterēptisq; generibus interimūtetur & spe-  
 cies. consequitur necessario, ut si adimantur gene-  
 ra, adimantur etiam propria.

**D**e generis & accidentis commu-  
 & acciden- ne est, de pluribus, quemadmodum di-  
 tis commu- cētum est, prædicari, siue separabilium il-  
 nitate. lud accidēs sit, siue inseparabilium. Et  
 enim moueri de pluribus: & nigrum de  
 coruis, & de ethiopibus: & aliquibus  
 inanimatis prædicatur.

**Q**uare in-  
 ter accidēs **E**ūnicā generi atq; accidēti assignat cōionem  
 & genns, hāc, de pluribus prædicari. Idq; ideo quia quæcūq;  
 paucæ sūt absunt lōgeq; disiūcta sunt, ut genus & accidēs,  
 communita plurimū iter se differūt, quæ ita differūt horū cō-

munitatē fere nullā, dicere difficillimū p̄prietatem tē & mult  
uero plurimā facillimū. uer. causa. Hō qd cōmune tē proprie  
habeat cū formica, nō nisi difficulter, qd sibi p̄prietates.  
um q̄ prōptissimē dicemus. Cōtra, quæcūq; adsunt  
pximēq; iūcta sunt, horū p̄prietatē q̄ minimā inne  
niri difficile, cōmunitatē uero plurimam facillime.

**C** Differt autē genus ab accidente, quo-  
niam genus ante species est, accidentia ve-  
ro speciebus posteriora sunt. Nam et si  
inseparabile sumatur accidens: tamē pri-  
us est illud cui accidit, quā accidens. Et  
genere quidem quæ participant, æquali-  
ter participant; accidente vero nō equa-  
liter. Intensionem enim & remissionē  
suscepit accidentium participatio, gene-  
rum vero minime. **C** Et accidentia qui-  
dem in indiuiduis principaliter subsis-  
tunt: genera vero & species naturali-  
ter priora sunt indiuiduis substantijs.  
Et genera quidem in eo quod quid est  
prædicantur de iis quæ sub ipsis sunt:  
accidentia vero in eo quod quale aliqd  
est, vel quomodo se habeat vnumquod  
que. Qualis, n. est ethiops, interrogas-  
tus: dices, niger, & quemadmodū se So-  
crates habeat: dices, quoniam sedet vel  
ambulat.

De eorūdē  
proprietati-  
bus.

**A**Quoniam genus atque accidentis plurimum inter se distantia similitudinem uidebantur habere minimam, dissimilitudinem uero quam plurimam; ideo eorum communionem unam, proprietates uero plures exposuit: huiusmodi genus quam species. Species quam accidentia priores, intentionē remissionemque suscipere accidentia, genus ne quaquam. Accidentia consistere potissimum in individuis. Individuis autem genera & species priora, in hoc quid est praedicari genus, in hoc quale uel quo modo quid habeat accidentis. (Intentionem enim remissionemque suscepit accidentis in his quorum fit particeps.) Homo quidem equus ac ceterorum animalium species eodem modo animalis particeps, non sic corpora albi nigrique, utpote quorum maius ac minus esse dicatur.

**G**enus igitur quo ab alijs quatuor differat dictum est, contingit autem etiam vnumquodque aliorum differre ab alijs quatuor. quare cum quinque quidem sint, vnumquodque autem ab alijs quatuor differat: quater quinq*v*, viginti fiunt omnes differentiae. Sed non ita se habet: sed s<sup>p</sup> deinceps enumeratis, & duobus quidem una differentia deficien tibus (ppr̄ea qm iam sumpta est) tribus vero duabus, quatuor vero tribus. qui que vero quatuor: decem omnes fiunt differentiae

rentię, quatuor, tres, duę, yna, genus, n.  
 quo differt a drīa, & specie, & p̄prio, &  
 accē, dictum est, quatuor igitur drīæ.  
 Drīa vero quo differat a gñe dictū est,  
 qñ quo differt genus ab ea dicebat. reli  
 quum est igitur quo differat drīa, a spē;  
 proprio, & accē dicatur. & fiunt tres.  
 rursus species quo quidē differat a drīa  
 dictum est, qñ quo differt a specie drīa  
 dicebatur. quo etiam differat species a  
 gñe dictum est, qñ quo differt genus a  
 specie dicebatur. reliquum est igitur vt  
 quo differat species a p̄prio & accē di  
 catur. duę igitur sunt & hę drīę. Propri  
 um autem quo differat ab accē relinq  
 tur. nam quo a specie, & drīa, & genere  
 differat prædictum est, in illorum ad ip  
 sum differentijs. Quatuor igitur sūptis  
 gñis ad alia differētijs, tribus vero drīæ  
 durabus autem speciei, vnavero proprij  
 ad accidens, decem erunt om̄s, quarum  
 quatuor quæ sunt generis ad reliqua,  
 superius demonstrauimus.


 Ostēdit hoc loco Porphyrius quot fiant, ut ita  
 dicam, habitudines ex cōparatione quīq; ipsarū uo  
 cum inter se, sic. Nō inquit fiunt hīoi habitudines  
 ut quis capiat uiginti per bis factā cōparationem.

## AMMONIUS

uniuscuiusque earum ad reliquas quatuor. Tradit  
 que modū quēdā, quo utamur ad inueniendas simi-  
 liter terminorum quorūcung; habitudines, si inter  
 se mutuo complicentur, hoc pacto. Multiplicare in  
 quit, quod à nobis supradictū est, debemus. Proposi-  
 tum numerum, per uno minorem, quinque. uidelicet  
 per quatuor, sientq; uiginti. Huius deinde dimidiū  
 accipere. remanebuntq; decē, ac totidem dicendū es-  
 se habitudines. Cur aut id ita fieri oporteat causa  
 hæc. unaquæque illarum quinque comparanda erat  
 cum reliquis quatuor. Atque ideo fecimus per quin-  
 quies quatuor uiginti. Accipimus autem ī cīrcō dī-  
 midium, quia bis accideret easdem habitudines inter  
 se cōparari. Si enim cōparatum sit cū reliquis qua-  
 tuor genus, manifestum ēt eas ipsas comparatas cū  
 eo. Est autem alius modus, hoc pacto. Sint propo-  
 siti aliqui termini puta quinq; quibus applicentur  
 alijs, totidem certe sient habitudines quot ēt termi-  
 ni. sic. Erant quinque. Primi quidem habitudo ne-  
 quaquam est. Si autem applicetur ei alter, una effi-  
 cietur habitudo, unus nānque dūt axat terminus præ-  
 positus. Si ēt alter due, quia totidem qui præposi-  
 ti fuerant termini. Eruntq; omnes tres, si ēt alter,  
 tres, eruntq; omnes sex, si rursus ēt alter quatuor.  
 Eruntq; quīque terminorum cunctæ habitudines, de-  
 cem. Item ēt aliter, unumquodq; ex quinque cum  
 reliquis comparari quatuor oportet. Genus itaq;  
 cum reliquis quatuor comparatum, habitudines  
 efficiet quatuor. Differentia autem cum genere

comparata est; quando genus comparatum cum ea, cum reliquis autem efficiet habitudines tres, sicutque septem, species item cum reliquis duabus; nam cum genere & differentia iterū non oportet, efficiet habitudines duas, eruntque nouem, proprium cum accidente unam, eruntque omnes decem. Accidens autem non amplius habebit cui comparari possit, iam enim cum omnibus comparatum uideri potest, quando ad ipsum illa comparabantur, ac manifestum cunctas eas habitudines, uel quatuor esse uel tres, uel duas, uel unam. Genesris quatuor. Differentiae tres. Speciei duas. Proprijs unam, eisque prorsus omnes decem. Restat igitur postquam genus cum reliquis est uocibus comparatum, de reliquarum deinceps communitate & proprietate dicamus.

G D S P A



AMMONIVS

De differē-  
tiæ ac spēi  
cōitatis.

¶ Cōe ergo dīę & speciei est equaliter  
participari, hoīe.n.æqualiter participat  
particulares hoīes, & rōalis differentia.

¶ Cōe vero est & semp adesse his quę  
illis participant. Semper.n. Socrates ra-  
tionalis est, & semper Socrates homo.  
Dūas hoc loco differentiæ ac speciei communitates  
assignat, has, quę sub se sunt & que sui participatiā  
facere, inq; iſſdem eodemmodo semper inēſe.

De carūdē  
proprietati-  
bus.

¶ Proprium autem dīę quidem est in  
eo quod quale est p̄dicari, speciei vero  
in eo qđ' quid est. Nā etsi hō velut qua-  
le quid accipiatur, non tñ simpliciter e-  
rit quale, sed scđ'm id quod gñi adueni-  
entes differentiæ eum constituerunt.

Amplius. Driā quidem in pluribus sā  
pe speciebus consideratur, quēadmodū  
quadrupes in pluribus animalibus spe-  
cie differentibus, speciesvero in solis ijs  
quę sub specie sunt, indiuīduis est.

Amplius. Driā prior est ea specie q̄ est  
secđ'm ipsam. Simul.n.ablatum ratiōas  
le interimit hoīem, hō vero interēptus  
non aufert rōale cū sit deus. Amplius.

¶ Driā quidem cōponitur cū alia driā  
rationale .n. & mortale compositū ē in  
substantia hoīis spēs vero speciei nō cō-

ponitur ut gignat aliā aliquā speciem.  
Quēdam enim equa cuidam asino per  
mīscetur ad muli generationem, equa  
autem simpliciter, asino composita, nū  
quam perficeret mulum.

Dixit differentiæ ac spēi cōitates, nūc earūdē  
pprictates, sunt autem hīmōi. In hoc quale sit diffe  
rētiā, in hoc qd sit speciem prædicari. Differētiā  
considerari in pluribus speciebus, spēm in solis quæ  
sub se sunt indiuiduis, dīria si tollatur, tolli & speci  
em, nō ecōtrario, dīriam cum differentia componi,  
specie cum specie nequaquā. (Propriūn quidē  
differentiæ est in hoc quale sit prædicari, spe  
ciei in hoc quid sit.) Addubitas̄ fortasse hoc lo  
co quispiam, cur species in hoc quid sit, dīria in hoc  
quale sit prædicetur? quum homo quale sit animal  
dicatur. Dicimus, n. quum quid sit Socrates, interro  
gamur, aīal, quale animal: hōiem, quare & species  
in hoc quale sit prædicabitur. Cui occurrens, spēm  
dicit non eīe simpliciter quale, sed quatenus tamē  
particeps est differentiarum, hoc n. ipsum, in quid  
sit prædicari, habet species ex generibus, in quale  
uero quid sit, ex differentijs, uerbi causa, quale ani  
mal hōe interrogati, respondebimus rationale mor  
tale. Differentia igitur quale ipsum ex se habet.  
Species uero ex differentijs. (Item differentia cū  
alia componitur differentia.). Rationale enim  
cum mortali compositum efficiet hominem. Equus

Species qua  
le nō tamē  
simpliciter  
quale:

AMMONIUS

uero cū hoīe, nihil quod si mulus ex equa atq; asino generetur, nō ex uniuersalibus generari dicetur speciebus, sed ex īdiuiduis, quippe qui equā cōscendit asinus, unus ē nō plures, & quæ ab asino cōscenditur equa similiter nō nisi una quædā. Itē & sic, quæ sunt ad unius alicuius spēi generationē dñe, nulla quid iuicem patitur, sed quæq; suā ipsius substātiā cōseruat, ut dīal rationale mortale, mentis ac scien-  
tiae capax, quæ differentia ad humanae spēi genera-  
tionē, pmanet semp. Equus uero & asinus īcīrco  
suā in mulo naturā distīctē nō seruarunt, quia in  
diuidua sunt, nō spēs, corruptaq; utriusq; substā-  
tia, aliud quiddam ab eorum specie diuersum factū  
est. Non igitur species cū specie componetur:

De differē  
tia ac pro-  
prij cōmu-  
nitatibus.

Differentia vero & propriū com-  
mune quidem hñt: equaliter participa-  
ri ab ijs quæ illis participant. Aequaliter enim rationalia, rationalia sunt: &  
risibilia, risibilia sunt. Et semper & om-  
ni adesse commune vtrisque est. Etsi  
enim curtetur qui bipes est: tamen ad  
id quod natum est semper, dicitur quo-  
niam & risibile in eo quod natum est  
habet semper sed non in eo quod sem-  
per rideat.

Duas dicit dñe ac pprij communitates has & quo-  
sui participatiā, quæ sub se sunt, facere, Et quibus  
semel insint, inesse oībus semper. Non enim Socra-

tes rōalis erit magis, aut magis risibilis q̄ Plato. Nā si rōalius aliud alio dicemus, aliud qd certe signifi cabimus, nō rōalem. f. entiā, sed anime potius ad capessēdas disciplinas aptitudinē. Scmp quidē rōalis, est hō. Semper & risibilis, id ipsum aut semper potentia nō actione, ut diximus intelligendum.

Proprium autem differentię, est quoniā hæc quidem de pluribus species bus dicitur s̄pē, vt rationale de deo, & hominē: propriumvero dicitur de vna sola specie cuius est proprium. Et differentia quidem illis est consequens quorum est differentia, sed non cōuertitur: propria vero conuersim prēdicātur de ihs quorum sunt propria, propterea quod conuertuntur.

Totidē dicit p̄prietates, quot dixerat cōmunitates, duas. uidelicet has, driā plures cōplecti sp̄es, p̄prium uix iesse uni soli. Driam & si cōsequatur ipsa sp̄es, nō tamē prēdicari, quicqd. n. hō id rōale, nō autē q̄c quid rōale, id hō. Propriū uero & sequi, & prēdicari, quicqd nāq; hō risibile, Et quicqd risibile hō.

Driæ autē & acc̄nti cōe qdem est de pluribus dici. Cōe vero est & ad ea q̄ sunt ī separabilia acc̄ntia. semper, & oī adesse Bipes. n. semper adest oī homini: & oī bus coruis nigrum esse similiter.

**D**ifferentiæ atq; accidentis communitates sūt  
hae due. De pluribus prædicari, & in eis speciebus  
semper. Ac prima quidem & separabilibus & in-  
separabilibus conuenit. Secunda uero solis dunta-  
xat inseparabilibus, hō siquidem non sedet semper;  
corius uero niger est semper.

De eorūdē  
pprietati-  
bus.

**D**ifferunt autem, qm̄ drīa quidem  
continet species & non continet, conti-  
net enim rationale deum & hominem,  
accidentia vero aliquo quidem modo  
continent eo qd̄ in pluribus sint; ali-  
quo uero modo continentur, eo qd̄ non  
vnius accidētis susceptiva sint subiecta  
sed plurimum. Et differentia quidem  
inintensibilis est, & irremissibilis; acci-  
dentia uero magis & minus suscipiunt.  
**E**t impermixtæ quidem sunt contra-  
riæ differentiæ; mixta uero nonnunquā  
sunt contraria accidentia. Huiusmodi  
quidem communiones & proprietates  
differentiæ, & cæterorum sunt. Species  
vero quo quidem differt a genere, & dif-  
ferentia dictum est, in eo quod diceba-  
mus quo genus differt a ceteris, & quo  
differentia differt a ceteris. reliquū est  
quo differt a pprio & accēnte, ut dicatur.  
Proprietates drīæ atque accidentis tres, sunt aut̄

hmōi . Drīam cōtinere spēs , nec cōtineri . Accidēs quodāmō & cōtinerie & cōt inere , drīam neq; ītendi , neq; remitti . accidens & magis & minus suscipe re , cōtrarias drīas admiscerī nō posse , cōtraria ac cōidentia posse . Cōtinet aut̄ drīa spēs . Plus . n. est ratiōnale quā hō , accidēs cōtinete & cōtinetur . qua . n. nigrum non mō ethiopi , sed & coruo & ceteris cō uenit , cōtinet , qua uero alia ethiops suscipere pōt accidentia , cōtinetur . Illud aut̄ quodāmodo iccirco adiecit , quia propriē neq; cōtinet neq; continetur . Differentia neque intenditur neq; remittitur , Socra nes nāq; Platone rationalior nō erit nisi per ani mē , ut supra diximus , prōptitudinem , accidens ma gis ac minus suscipit , ethiops nāq; ethiope . coruus coruo nigror . Ad misceri contrarie differentiae non possunt , rationale . s. & irrationalē mortale at que imortale . Contraria uero accidentia possunt , nigrū . s. atq; album . Ex quorū mixtura fit ruffum . Speciei autem & pprīj commune quidem est : adinuicem conuersim prædica ri . Nam si quid homo est : risibile est , & si quid risibile est : homo est . Risibile ve ro qm̄ secundum id qd̄ natum est ridea re sumendum , sēpe iam dictū est . Commune aut̄ est & æqualiter esse . Aequa liter . n. adfunt species ijs que illis partcipant , & propria ijs quorū sunt pprīa . Postquam de differentia plenē locutus est . Transit

Accidēs nō  
ppria cōti  
net neq; cō  
tinetur .

Qui Socra  
tes Platone  
rōnalior .

De spēi &  
pprīj com  
muntati  
bus .

## AMMONIUS

nunc ad speciei similitudinē ac dissimilitudinē quā  
habet cum p̄prio atq; accidēte. Quibus n. rebus cū  
genere ac d̄ria cōueniret differretq; ; tunc dictum  
quum illa huic comparabātur. Sunt autē sp̄ei pro-  
prijq; similitudines hm̄oi duæ. prima h̄ec. Cōmuta-  
tionem pati, mutuoq; inter se pr̄edicari , quicquid  
nāq; hō risibile, & quicquid risibile homo , i p̄sum  
autem risibile, nō actionē, sed ridēdi ut diximus ap-  
titudinem significabit . Secunda h̄ec, Aeq; partici-  
pes eē species quorum sunt species & propria quo-  
rum sunt propria, & que etenim omnes rationis par-  
ticipes, & que omnes sumus & risibiles.

De eorūdē  
proprietatē  
tibus.

Differt autem species a p̄prio , quoniā  
species quidē potest & aliorum genus  
esse : p̄prium vero aliarum specierum  
esse proprium īpossibile est. Et species  
qdem ante subsistit quā p̄prium: p̄prium  
vero post sit in sp̄e, oportet. n . ho-  
minem eē: vt sit risibile. Amplius. Spe-  
cies quidē semper actu adest subiecto:  
proprium vero aliquā, & potestate. Ho-  
mo enim semper actu est Socrates: non  
vero semper ridet , quamuis natus sit  
sp̄e vt sit risibilis. Amplius. Quorun ter-  
mini sunt differentes: & ipsa sunt d̄ria.  
Est autem speciei qdem sub genere eē:  
& de plurībus & differentiis numero

in eo qđ quid est prēdicari, & cætera  
hmoī: proprij vero & soli & omni&c  
semper adesse.

Speciei p̄prioq; dissimilitudines quas hoc loco assig-  
nat sunt hmoī. Spēm posse eſe & alijs genus, p̄priū  
nisi unius spēi p̄priū. Spēm q̄ propriū priorē, p̄pri-  
um posterius nisi i specie fieri nō posse. Spēm actu  
inēſſe in ſubiecto ſp. Propriū actu aliquādo potētia  
ſp, differre poſtremo inter ſe diffōnibus, diſſert à  
pprō ſpēs, ſpeciem intelliſi subalternā, nō aut ſpā  
liſſimā, ſpecies quidē & aliarū ſpecierum pōt eſe  
genus, ut aīal hoīis equi, aīalis aīans, aīantis corpus  
propriū n̄iſi unius ſpeciei, p̄priū, ut riſibile hoīis, h̄i-  
nibile equi, ſpēs q̄ propriū prior, neceſſe. n. hoīem  
eſe prius q̄ ſit riſibile, ſpēs actu ſp inēſſe ſubiecto, ſp  
quidem Socrates hoī. Propriū non ſp actu, non. n.  
ſp hoī ridet, diſſerunt inter ſe diffōnibus, alia nāq;  
Speciei diffō h̄ec, ſpecies eſt que generi ſubiectur  
ſemper, & que de pluribus diſſerētibus nūero in  
hoc quid ſit prēdicatur, alia p̄priū h̄ec. Propriū eſt  
quod & ſoli & oī & ſp adēſt, Illud uero quorum  
diſſōnes diſſimiles & ipsa eſe diſſimilia, poterat &  
alijs cōuenire, generi. f. diſſerē. ac reliquis uocibus:

**C** Speciei vero & accidentis commu-  
ne quidem eſt de pluribus prēdicari.  
Rare vero ſunt alie cōunitates, pro-  
pterea quod quāplurimum diſtant ab  
iñuicem accidens: & id cui accidit.

De ſpeciei,  
atq; accidē-  
tis cōuni-  
tate.

## AMMONIUS

\* Speciei atq; accidentis cōionem unam hanc adducit. De pluribus prædicari, affertq; eius rei cām eandem quam & nos paulo ante mēor auimus. Quoniam s. que longius absunt, disiunctaq; sunt, rariissimas habent similitudines, dissimilitudines uero plurimas. Cōtra quæ proximiora, dissimilitudines paucissimas, similitudines uero quā amplimas. Cōe igitur ambobus inest, hoc de pluribus prædicari, ut homo de Socrate, & Alcibiade, nigrum de æthiope, coruo, & eiusmodi,

De eoruđē  
proprietati  
bus.

Propria vero sunt vtriusq; speciei quidem in eo quod quid est prædicari de ihs quorum est species, accidentis autem in eo quod quale quiddam est vel quo modo se habens est. Et vñāquanc; substantia vna quidem specie participare, pluribus autem accidentibus & separabilibus & inseparabilibus. Et species quidem preintelliguntur accidentibus, et si etiam sint inseparabilia (oportet n. esse subiectū vt illi aliquid accidat) accidentia vero posterioris generis sunt, & aduentitię naturę. Et speciei quidem participation equaliter est, accidentis vero & si inseparabile sit, non equaliter. Aethiops n. æthiope habere posset colorem vel intensem, vel remissum secundum

nigredinem. Restat autem de proprio,  
& accidente dicere, quo enim p̄prium  
a specie & d̄ria, & ḡne differt, dictū est.  
Speciei atq; accidētis quas enumerat proprietates,  
hmōi. Spēm in hoc quid est, accidēs in hoc quale qd  
est, uel in hoc quō habeat pr̄dicari. Vnāquāq; sub  
stantiā spēi dūtaxat unius. Accidētū uero plurīo-  
rum participē. Spēm q̄ accidens priorē, accidens q̄  
spēs posterius. Spēi participationē esse æquā, acci-  
dentiū uero minime. accidēs in hoc quale quid est;  
uel secundū modū quo quis est affectus, affectus est  
Interroganti .n. qualis est æthiops respondere so-  
lemus, niger, quō, sanus est uel ægrotat. Spēs quidē  
& si in hoc quale quid est dicatur, à differentijs ta-  
mē, ut dictū ē, idcēpit. Vnaquāq; substantia, spēi  
dūtaxat unius particeps, ut Socrates humāne, Bu-  
cephalus equinæ, accidentiū uero plurimorū, cur-  
uitatis. s. ni gredinis & hmōi, spēs prior, accidēs po-  
sterius, prius. n. hoīem esse oportet, qui futurus est  
niger. Speciei participatio æqua, æqua enim Sogra-  
tes homo est ac Plato, accidentium non æqua, quia  
æthiops æthiope nigrior.

Commūe at p̄prio & inseparabili accēti  
est, q̄ p̄ter ea nunquam consistat illa i  
quibus considerantur. quemadmodū  
ei p̄ter risibile non subsistit homo, ita  
nec p̄ter nigredinem subsistit æthiops.  
Et quemadmodum semper, & om̄i ad  
est proprium, sic & inseparabile accēns.

De proprij  
atq; accidē-  
ti cōitātibus

**A**ccedit nunc ad similitudines & dissimilitudines proprij & accidētis, quo pacto inquiēs cōuenire differetq; propriū à genere drīa & spē, dī. Etū est, tunc cū ei illa cōpauimus, nunc qbus rebus cōueniat, differatq; cū accidenti dicendū. Ac rōabi liter quidē adiecit illud q; separari non pōt, discrimi-  
nans ab eo, id q; separatur, q; nullā cū proprio habe-  
ret cōionē. Proprij igitur & q; separari nō pōt ac  
cidentis cōitates hmōi. Ea in quibus inēe considerā-  
tur, absq; ipsis consistere nullo mō posse, ut n. absq;  
risibili hō non erit, ita absque nigredine non erit  
coruus. Item, inesse omni & semper, semper. n. oma-  
nis hō risibilis, sp & oīs coruus niger. Quod autē  
id q; separatur accidēs, nullā cū proprio cōionem  
habeat, perspicuū. Nō. n. eiusmōi est, ut absq; eo cō-  
sistere nō posset subiectū, aut subiecto sp insit, q; ppe  
& si nō sedeat Socrates, erit tamē Socrates, nec sp  
sedebit Socrates. Qua ergo propriū & quod nō se-  
paratur accidens cōionē ēā inter se habent, id quod  
separatur nihil cum proprio conueniet, qua diffe-  
runt, differt maximē, non igitur ullam cum pro-  
prio id quod separatur accidens cōionem habebit.

**D**e corūdē  
proprietati-  
bus.

Differunt autem, qm̄ proprium vni so-  
li speciei adest, q; admodum risibile hōi,  
inseparabile vero accīns vt nigrum, non  
solum ethiopi, sed etiam coruo adest &  
carboni, & hebeno, & quibusdam alijs  
Amplius. Proprium conuersim predi-  
catur de eo cuius est proprium, & equa-

liter est, ins. parabile vero accīns conuer  
 sim non prædicatur. Et propriū quidem  
 equalis est participatio, accīntum  
 vero vel magis vel minus. Sūt quidem  
 aliae cōitates vel proprietates ihs que di  
 cta sunt, sed sufficiūt & hæ ad discretio  
 nem eorum, cōmunitate sc̄z traditionē:  
 Quibus rebus ab accidente eo quod nō separatur;  
 propriū differat, sunt hm̄oi. Propriū uni soli spēi  
 inesse, accidens pluribus, ut risibile soli hōi, nigredo  
 ethiopi, coruo, &c. p̄prium de eo cuius est p̄prium  
 ex cōmutatiōe prædicari, accidēs minimē, qcqd. n.  
 hō risibile, & qcqd risibile hō. Nō sic aut, qcqd ni  
 grum id coruus est, & qcqd coruus, id nigrum est.  
 Proprij participationē aquā, eadem. n. rōne Socra  
 tes est ac Plato risibilis. Accidentū non aquā susci  
 pere magis ac minus, est nāq; ethiops ethiope, cor  
 uus coruo nigror. Intelligēdum est at non id dixi  
 se porphyrium, in quibus proprium atq; accidēs ine  
 xisterent, absq; ipsis, ea consistere non posse, per se,  
 per se. n. substantia oēs sine accidentibus persisterēt  
 sed respectu ipsorum, proprij. s. atq; accidentis. Mu  
 sicus quidem, uerbi gratia, Socrates. qua Socrates  
 absq; eo q̄ musicus sit, Socrates erit; qua uero mu  
 cus, nisi musicus sit, nullo quidē pacto Socrates erit.


 Imprimebat P. Vidouæus cōibus im  
 pensis, Joan. Foucher, & Viuantij Gaulterot:

Aluarcos. Persicu' precoqui  
Durazno Persicu' Duracina'

Rapa. el nabo

